

37.
1608.
CASPARIS DORNAVI

ET

ELISABETHÆ GLYCIÆ

SACRUM NUPTIALE,

GORLICI VI. EID. JANUARII.

A. MD. DCIIIX

AMICORUM VOTIVO PLAVSU
HONORATUM.



GORLICI

TYPIS FANI RHAMBAUI.

YYY15

CL. V. D. CASP. DORNAVIO,
Med. & Phil. Doctori, amico suo in pri-
mis dil. & hon. CUNRAD. RITTERSHUSIUS,
S. P. D.

RAGAM te, CL. Dn. Doct. DORNAVI,
ex peregrinationibus tuis literatis quasi post-
liminio reversum, cogitare tandem coepisse
de constituendâ re familiari, & adsciscendâ
vitæ sociâ, magna cum voluptate intellexi:
Teq; dū illa moliris, rectissimè facere judico.

Nam ut vetus habet carmen, ὡρὴ ἐρᾶν, ὡρὴ δὲ γαμεῖν, ὡρὴ δὲ πε-
παῦσθαι. Ac fuisti sanè tu ne antehac quidem ἀνέρας, ut quī
amâris medullitūs Sophiam, Musas, Gratias, & redamatus
fueris ab illis: ut liceat te quoq; sub hoc completi μακα-
ρισμῶν versus alterius: ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἢ ἀν φιλέωσι, φιλῶν).
Nunc verò novus (ut audio) accessit amor bellæ puellæ, non
quidem qui priores amores tibi expectaret, ut clavus clavo
trudi solet, & aliâs in re amorum fieri amat, ubi, secundū
Poëtâ, *Successore novo pellitur omnis amans*, sed qui illis sociatus
Conveniat iucundè & in unâ sede moretur.

Neq; enim probandū putamus illud, nescio cuius veterum,
δόγμα: ὅτι ἡ ἐγγυὴ μπόδιον τῷ φιλοσοφῆντι. Quasi verò illa σοφία,
quam sapientissimus rerum omnium opifex in cōdendâ mu-
liere & viro adjungendâ spectavit, in eâ re cesset, ac vertatur
adjutorium in impedimentum, cuius rei gratiâ potissimum
homo est conditus, hoc est, in philosophando. Quid enim
philosophari est aliud, quàm naturam rerum contemplari,
& ex reb. creatis Creatorem, ut summè sapientem & bonum
agnoscere atq; celebrare? Nihil igitur periculi est, ne ob id
minus amare velis in posterum Sophiam & Musas & Gratias,
quòd adamare coeperis alterum sexum, & ex eo σοφὸν, hoc
est, vitæ adjutorium tibi delegeris: Quin potius hoc istâ ra-
tione consequeris, ut priorib. illis amoribus tuis posthac tibi
liceat μάλλον ἀνεμποδίως operari, dum habebis nimirum pro-
bam

bam οἰκεγεῖν, quæ domi servet ac rem familiarem curet, te vel
in Museo tuo sacris Asclepiadeis aliisq; cognatis studiis ope-
rante, vel foris medicinam faciente, & ad multorum morta-
lium salutem & incolumitatem proferente in lucem, quæ in
umbrâ didicisti: quanquam tu etiam antea in luce & homi-
num creditissimorum coetibus singulari cum laude vixisti,
& exemplo tuo docuisti, non usq; quaq; verum esse, quod ab
eloquentissimo viro est scriptum: Peregrinationem omnem
esse obscuram illorum, qui possent domi inter suos claro lo-
co vivere. Tua verò peregrinatio illustris fuit, non solū à
lumine litterarū, quod tecum circumferebas, quoquòd ires:
sed etiam à comitatu illustris Baronis Dn. IAROSLAI à
SMIRZIZ, &c. qui tantâ cum gloriâ vixit tecum, & in tuo
discipulatu, ut ambiguam rem faceretis, plusné lucis à præ-
ceptore discipulus talis, an à discipulo tali ac tanto præce-
ptor mutuaretur: nec non plusné ille dignitatis afferret lit-
teris à genere Illustri, an acciperet à litteris, & ad familiæ
splendorem adjungeret. Me quidem certè ipsius illustris be-
nevolentia significatio, quâ præbuit sapiculè ad me missis
ingenii admirandi monumentis, mirificè aliquoties affecit,
ipsiq; devinxit ad quævis officia, quæ à mediocritate nostrâ
proficisci possunt. Sed omissis in præsens tam illius præ-
stantissimi juvenis laudibus, quàm peregrinationibus tuis,
& nominis celebritate per eas tibi comparatâ (ne quid tibi
de te, deve illo in os prædicare velle videar) redeo ad rem v-
xoriam, quam meditaris. Multis equidem nominibus Tibi
me obstrictum habes ad aliquod carmen, quo eam tibi con-
ditionem gratuler, & felicem, faustam, fortunatamq; com-
precer: Tantoq; magis, quod nondum expungendum curavi
nomen meum ex tuis antiquis tabulis. Scis quid dicam.
Nempe reliquatus sum diu, nec inter eos apparui, qui hono-
ribus tuis Asclepiadeis Basileæ tibi, ab ordine gratiosissimo
Medicorum, meritissimo collatis, festivâ acclamatione fave-
runt: non sanè quod ego tibi minus quàm illi animo, lingvâ,
voce faverim (cui enim libentiùs faveam quàm tibi?) non et-
iam quod (sicut vereris) ab hoc officii genere paterer me ne-

scio quâ religione voti de carminibus non ampliùs scriben-
dis absterri(nam sicut Tyranni jus violare non dubitant re-
gnandi gratiâ: sic ego ab illo voto, etiamsi arctius esset, tuæ in-
spem gratiæ & amicitia nostræ causa, non nihil recessissem)
sed quòd aliæ tum temporis mihi incumberent curæ, & ἀμυ-
σότα) quidem, cum tuas litteras illorum honorum indices,
acciperem. Quod si postea quippiam scripsissem misissemq;
dicatum honoribus tuis, id velut μὲν τὴν ἑορτὴν veniens (quod
dicitur) omnem novitatis gratiam amisisset, planeq; fuisset
ἀκαιρὸν, serum & invenustum, qualecunq; etiam fuisset. Nam
ut plurima alia cum in rebus naturalibus, tum in civilibus &
artificiosis, ita & hæc talia à tempore seu tempestitate ma-
ximè commendantur & gratiam omnem mutantur. De-
bebam igitur, ut cœperam dicere, tantò nunc uberius pen-
sare, adeoq; duplicare officium gratulationis, ὡσαύτῃ τὸ χρέος
σὺ πῶς ἀποτίσῃς. Sed ecce novum impedimentum! heu
gravem meam calamitatem, quæ nihil hoc in tempore à me
lætum proficisci permittit. Ignosce quæso dolori, tuas festi-
vitates ac lætities hoc illatabili nuncio contaminanti: Vi-
duum me fecit uxor, post nonum partum decimo tertio die
febri extincta ante hos tres menses. Faxit DEUS, ne unquam
experiamini, Tu vel tua Caja, quæ, qualia, & quanta sint vi-
duitatis mala: tametsi rarissima sint ab omni memoriâ con-
jugum exempla σὺ ἀποθνήσκόντων, ac ut plurimum eorum, qui
matrimonia contrahunt alterum oporteat alteri supervive-
re, & tristissimo cognomine viduum viduamvé appellari.
Quid? quod vix ullæ conficiuntur tabulæ matrimoniales,
vix ulla dotalia instrumenta conscribuntur, quibus non ac-
curatè caveatur, quid juris competere debeat superstiti in
bona defuncti? Verum tamen (quod meritò mirandum esse
ait S. Chrysostomus) cum ad rem ventum est, & cōditio præ-
dicta exstitit, videmus plerosq; ita cōsternari animis, ac pro-
pmodum concidere, quasi res nova quæpiam contigisset, &
de qua nunquam cogitatio aut mentio ulla incidisset. Usq;
adeò diversam hæc vim obtinent, dicere & facere vel pati:
adeò gravius accidunt animo, quæ præsentia sentimus, quàm
quæ

quæ futura, sed è minus, præsentisimus, aut prædicimus sive
nobis, sive aliis. Non commemorabo tibi, neq; prædicabo
pluribus dotes meæ illius HELENÆ: Neq; enim nunc hoc
agitur, & refricarem ipse ac scinderem tantò magis dolorem
meum. Nam & alioquin dolor meus, quamvis eum nullus
fodicem, indies cum ipsa aurorâ renovatur, nō minus, quàm
dum illa vivebat, amor noster quotidie recentabatur. Tan-
tum hoc tibi affirmo, Talem extitisse, ut cum ea cupiverim,
si Deo sic visum fuisset, ævum omne exigere: cum nullâ verò
Matronarum eam commutare. Adèd erat illa pia, pudica,
placida, proba, pauperum benefactrix, prudens etiam pro suo
sexu: adèd mariti & liberorum amans; adèd moribus & ser-
monibus commoda, ut summi, medii, infimi Ordinis ho-
minibus grata esset: nemini verò gravis, nisi fortè sibi ipsi,
dum pro marito, dum pro liberis, fortè ex morbo, aliò vé quo
casu periclitantibus, seipsam gravius afflictabat. Scio, Te, mi
Dornavi, si illam nosse datum fuisset, tibi ipsi meliorem con-
jugem nō opraturum. Ego verò pro meo in te amore, etiam
optimâ meliorem tibi opto. Comprecarer etiam huic ma-
trimonio vestro lepidis ac museis versibus, quæ solemus vo-
vere amicorum conjugis, nisi & illa, quæ audivisti, domesti-
ca mala obstarent conatibus meis, & aliàs quoq; quamvis a-
nimo sim ab ærumnis vacuo, magis videar mihi quid bonum
sit carmē ab alio fortè factum intelligere, quàm ipse tale elab-
orare aut pangere queam. Ne tamen nihil etiam versuum
imputent mihi vestræ nuptiæ (quibus illud vetus acclamo:
FELICITER QVOD AGITIS!) En ecce tibi hos cę lam-
bos à me scriptos, de præcipuis bonæ uxoris dotibus: quibus
subjiciam & vernaculâ lingvâ compositos Rhythmos, quos
& sponsa tua legere possit, ne te indigeat interprete, si fortè
Latinè nesciat: ut plerunq; puellæ à Latinis litteris arcentur,
nescio quo inani metu impudicitia; sed malè, ut nosti hæc de
re censuram gravissimi Philosophi Iohannis Ludovici Vivis.
Vale & ignosce prolixitati literarum, simulq; ipsos lambos
boni consule. Tuæ verò Caxæ germanicos Rhythmos pro-
pone ediscendos, propositâ simul spe præmii. Esse autem

poterunt loco præmii tot bassia, quot elementis hi suavissimi
versiculi constant. Verùm (ne tortè erretis) Germanici non
sunt mei, sed præstantissimi cujusdam, mihiq; amici viri, qui
eos adolescens olim composuit. Mihi autem præverunt
sensus, quos utcunq; Latinis illis Iambis includerem:

UXORIS BONAE DOTES PRAECIPUAE

Iambicis versibus Latinis comprehensæ,

per C. R.

Ducturus uxorem, Deorum munere
Mihi destinatam, comprecertalem dari,
Quæ nubilis primùm sit annis integris,
Nec pressa nimis paupertatis pondere,
Nec divitiarum copiis nimis affluens.
Æqualis illa sit genus mihi atq; opes,
Et religione juncta, & unanimi fide.
Haud aliter ulla indormiat sinui meo.
Tum nec supra modum venusta forma sit;
Nec turpitudine formæ abominabilis.
ut est ubiq; , ita hinc bona mediocritas.
Statura nec nimis brevis sit, nec modum
Excedat, abnormisq; longitudine.
Mediæ staturæ fœminam omnes comprobant.
Quæ corporis gravi laborat pondere,
Crassaq; obesitate, molestiam exhibet:
Quæ gracilis est nimis, ut laterna Punica,
Non delicias ullas suo facit viro.
Sit munda cultu corporis bona fœmina,
Ita, ut tamen non migret honesti terminos:
Parum pudica, compta nimis videbitur:
At sordidata tædiosa est fœmina.
Expectet illa conjugale debitum
Suo à marito; nec sit hinc nimis petax.
Velata noctis sit peplo obscuro Venus.
Pudore sic ornata deniq; sit mea,
Amabiles ut ipsius mores probem.

Deutsche Reymen P. H. I. V. D. Von erwöhlung
eines Tugend samen Weibes.

W Eschere

W Eschert mir Gott ein Jungfraw rein/
Von Jahren muß sie Manbar sein/
Nicht gar zu Arm/ auch nicht zu Reich/
Am Geschlechte vnd Reichthumb mir gleich.
Also auch meins Glaubens genos/
Wenn sie berühren wil meinn Schoß.
Nicht vber schön/ nicht häßlich gar/
Die mittel Arte die best fürwar.
Zu klein/ zu lang/ wird beyds verlacht/
Höfflich die Mittelgalt wird geacht.
Gar dick ist beschwerlich allzeit/
Gar dün dem Mann bringt auch kein freud/
Saubere gekleid ein Weib soll sein/
Doch Ehrbarlich das gibt Lobs schein/
Gezieret nicht vber die maß/
Gank Schlammig bringt verdruß vnd Haß.
Mit dust erwart Ehlicher Pficht/
Des Nachts zu gierig sey sie nicht.
Sondern mit Scham also gezieret/
Damit freundlichkeit werd gespürt.

Ergone fœmineo jam porrigis ora capistro.
DORN A V I? & Cynici quid dixerit agminis autor
Nil movet? Aëreâ cum conspexisset olivâ
Fœmellas pendere aliquot, vitamq; gementem.
Jam proficatas laqueo, misisse sub umbras:
Hoc ait ô fructu quavis ô turgeat arbor!
Hæc Cynicus. Tibi sed potior sententia visa est.
DORN A V I, pectus meliori facte metallo.
Non, ais, ingenui est, jurare in verba magistri
Hujus & illius: nî sic rectumq; probumq;
Aut ratio ferat, aut divini regula verbi.
Jam si fœmineum tollant suspendi a sexum,
Quis juris rigor, aut vigor? an compluscula labes,
Qua genus hoc misero vitiorum percutit æstro?
Ergo mares itidem, & mæjori crimine pœna
Damnantur: Teno quia collutulamur eodem.
U: r mulierq; , premit nos mutuum error utrinq;
Hic, Cynice, aut solve impuro te crimine purum,
Aut damnas rapiere crucis, te Iudice. Namq;
In caput autoris recidit scelerata querela.

Tu per-

Tu pergas, DORNAVE; tuusq; innoxius ardor,
Virginis in vultum fixus pulcraq; piaq;
Et pulcro atq; pio se ventilat amplius igne.
In thalamum quodsi non depluit aureus imber
Continuato ictu: sed habent sua tempora fata,
Atq; parens est ista dies, est illa noverca:
Esto memor, rationis apex quod dicat, & usus:
Sunt mala mixta bonis: medio de fonte leporum,
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

Iaroslaus Smirzicius L. Baro à Smirziz.

Vnda velut pellit fugientem fluminis undam:
Sic procul instabili vita fluore ruit.
Iam foret indignus natura vultus in orbe;
Iam foret omne chaos, quod fuit ante chaos:
Nulla remansissent socij vestigia cœtus:
Sed foret omnis homo iam cinis, aura, nihil:
Ni Deus & natura parens, miserata ruinam,
Mutua sanxisset fœdera coniugij.
Hoc genus humanum reparans, plantari a fœto
Suppeditatq; solo, suppeditatq; polo:
Hoc vetitas aboleri Veneris sub pectore flammæ,
Et vas cuiq; suum purius esse facit.
Nunc quia, Dornavi, εὐρες κακὸν, εὐρες ἀμύρον:
Quam benè te decet hic connubialis honor!
Mensâ tibi, gravido ceu vitis palmitè rider,
Rideat optatâ prosperitate precor.
Et si quando suas stationes sidera Iani
Bifrontis repetent, sit tua sponsa bimas.

Adamus Budovvecius L. Baro à Budovva.

DORNAVIVS, nostris clarissimus hospes Athenis,
Dum licuit, sacrum connubiale parat.
Qua precor ergo istis vel fata, vel omina tadis?
Sint sine nocte dies, sint sine nube dies.

Ex animo precatur

Felix Platerus Archiatros Basiliensis.

Εὐ κέαρ ἔστῃ, καὶ ἐν δέμας. Οὐς ἐξέρχουεν εἰς εὐ
εἰπλὴν καὶ ἔρωτι θεοῦ σωζέσθω ἀήτης.

Amicitius vovet

Iacobus Zvvingerus Med & Ph. Basiliensis.

MELOS ALCAICUM.

Cvm me foveret saxistrepus Nicer
Inter reductarum antra crepidinum,
Turrita quâ latè refulgent
Mœnia, marmoreumq; templum.
Phœbo dicatum & Virginibus novem;
Non infrequenti me memini vice,
Insigniorum aptare famam &
Orsa virum fidibus Latinis.
Testis Poëtarum optimus omnium
MELISSUS, ultrò qui mihi verticem,
Nil appetenti tale quidquam
Germinè Apollineo impedivit.
Testis MELISSI POSTHIUS amulus,
Et qua Poëtarum insuper agmina
Velore GRATIO vel LATINO,
Delius & Patareus Apollo
Audiuit olim funderè epe & mele,
Seu Teiâ, seu Pindaricâ fide
Vulgata per terras ab ortu
Solis ad Hesperium cubile.
At nunc in auras Aonijs vigor
Recessit omnis; quippe domesticis
Curis fatigatus, Camœnis
Non ita nunc soleo litare.
Ut ante suevi. ludicra serijs
Permutat atas iam gravior, minus
Apollinarem argusè eburno
Gnara lyram tetigisse plectro.
Sed si quid in me conditum adhuc latet,
Quod vel Camœnis, quod vel Apollini
Gratum videri possit, atq;
Auribus ingenuis probari,
Cur non id omne, ô GASPARAMABILIS,
PHOEBI Sacerdos, & Cor HYANTIDUM,
Potensq; radicum salubri
Exanimè animare succo,
Depromere ardor percuperet meus,
Mentisq; amica vinculum adamantinum.

B

Quo

Quo colligavit nos amorum
Invicem Homophrosyne Patrona:
Dum nuptiales latus Hymen tibi
Inspuat ardore innocuo faces,
Donatq; jucundo fruisçi
Tot precibus prius expetite
Amore ELISÆ, cui us ut in genis
Agmen renidet mille Cupidinum;
Sic mentis in remotiore
Cana Fides habitat recessu,
Et flamma constans protulit ignium
Constantiorum vix specimen prior,
Immo nec ullum cernet atas
Posterior, simile aut secundum.
Hac te secuta est, sive per aspera
Tot editarum culmina rupium,
Seu plana per campi virentis
Quadrupedis veherere tergo.
Quo Musas tendis? desine longius
Hic evagari, & mecum age in areâ
DORNAVIANÆ laudis amplâ
Pone gradum, atq; inibi morare.
Cum nuper intra mœnia RAURACA
Devota PHOEBO pectora, DORNAVI,
Tibi medendi in arte honorum
Eximium decus arrogarent;
Vidère cuncti, quàm benè, quàm catè,
Ires solutum propositas strophas
Et texta conantum tuas sub-
vertere mente theses sagaci;
Videre, pubes Pœonia ut tuo
Ab ore pendens, scita MACHAONIS
Sollerter enarrantem in ipsâ
Pierij cathedrâ Lycæi
Audiret: istis sed tua circulis
Non passa mens est se cohiberier;
Tendis peregrinas in oras,
Non sine DIs, generosiore
Stirpe è BARONUM SMIRZICIO edito,
Doctiorq; Ductorq; additus à Patre

Quem

Quem suspicit Regnum BOEMUM
Consilio atq; opibus potentem.
Te GALLICARUM nobilis urbium
Vidit Genitrix, vidit & ITALIA
Tellus, & excepit benigno
Hospitio Oceanus BRITANNUS.
Cælo sub isto, quot tibi sidera
Obire hianti contigit inclutum.
Vultu virorum, quorum amore
Conciliasti animos fideles
Tibi perenni, mentis ob indolem
Rarasq; dotes nobilis ingenii.
Laud magna magnorum favorem
Possè virum sibi demereri.
Que Fama de te gutture confono
Hæc cum per oras dideret undiq;
Tecumq; haberes constitutum
Iura subire tori iugalis
Nata ambientem coniugium sua,
Non GLICIANVS te repulit favor,
Me Proxenetâ, dona mentis
Inspiciens oculo irretorto
Plus quàm lapillos divitis India,
Ad se trahentem aut cuncta pecuniam,
Quam congerit repostam in altum
Dedecorum preciosus emptor.
Nunc ergò latus numen ad exitum
Cum vota mentis duxerit intima;
Congratulantur cur vererer
Iungere me comitem cæterva?
Iò triumphæ, Dux vegetissime,
Iò triumphæ: post tot adœreas
Iam nunc Dionéo sub antro
Victor ova, recubans in ulnis
Formosa ELISÆ, forsitan altera
Trophæa figens, (annuit en Venus!)
Parentis ipse, ELISA matris
Nomen avi Socer obtinebit.

Nov. adfin. & bonz scævz ergò admodulabatur
Christophorus Arnoldus V. I. D.

B 2

Qua

Qua tibi Sponsa venit, DORN AVI, costacrat olim
 Ipsa tui lateris, corporis ergo tui est.
 Jure igitur repetis tua que sunt inieger ut meas
 Post hac, qui nunc es semi vir, esse queas.
 Non male tornata est, DORN AVI, quam Venus ipsa
 Exculpfit faciem moribus atq; animo.
 Nec male tornatum, DORN AVI, finxit Apollo
 Te, mentem, sollers ingeniumq; tuum.
 Nobile par ergo thalamo bene iugitur uno:
 Hinc expectandum nobile germen erit.
 Quod faxit, gemino qui copulat omnia nexu
 Sequi fasit triplex multiplicare genus.

Ioachimus Tanckius P. Phil. & Med. D.
 Anat. & Chirurg. Profesi. Publ. in Academia,
 qua est Lipsie.

EPIGRAMMA LYCOPHRONEVM.

CASPARUS DORN AVIUS MEDICINAE DOCTOR
 ATQVE ELISABETA GLICHIA, NOVI
 CONIUGES,

Quod est:

Qua Deus insigni duo corcula iungit amore:
 Hac, ea, dulcis sona sic beat artis ope.

Aliud:

CASPARUS DORN AVIUS MEDICINAE DOCTOR.
 Vi videns curas, capit a sudore coronam.

Ioh. Seussius, Serenils. Elect. Sax. Secret.

IDYLLION.

Eph. 5. v. 32. **S**acramenta loquar: turba, procul este prophana.
 Non omnes ludicra iurant, vanusq; Cupido.
 Si canimus Ignes, Ignes sint con. uge digni
 Christicolâ, metuantq; deum turpare createm.
 Tu modo tentanti, solis vulganda maritis,
 Sponse, mihi sanctam, propius ser commodus aurem
 Nam licet. Ex quicquid sepsit Vigil, ora rubore
 Qui tegit, & fufam seruat per viscera noctem:
 Jam referat: fidus custas, monitorq; fidelis,
 Ex quo luxuriei, morsu uacordis Adami

Erat ante pec-
 catu, sed dor-
 mi-bar, qui

Ingru-

nodum aera. Ingruit, irrepens; primo cia quippe terebat.
 xJov quippia **Q**uin hodieq; silex, causa est ibi nulla latrandi.
 Terrigenam foelix ardebat Adamida, Natu,
 Ioh. 3. Jova, Dei; toto virgo hacerat unica in orbe:
 Gen. 5. Digna Deo facies, & viva Tonantis imago.
 Dum colit Edomios campos, & florida Tempe
 Gen. 3. v. 1. Fortunatorum Nemorum. Sed perfidus astu
 Invidiâq; gemens, miseram maculaverat Anguis;
 Extorrisq; loco, dubijs errabas in oris
 Saucia, liventiq; pedes infecta veneno.
 Non tulit infandam sortem, Patris unica Proles,
 Natureq; Gigas gemina: ruit altus Olympo,
 Heibatam. SPINOSA S que gemens VALLES, lapidosaq; tesqua
 (Dirus Amor iussit) rubeo sudore peragrat
 Ut MEDICAM maturet opem, morituraq; Adamis
 Vulnere sanato, & medicatis lota fluentis
 Connubio aeterno divinos pascat amores.
 Quid referam tun sam faciem spinâq; frequenti
 Compunctum caput, infandis & brachia clavis
 Afflictosq; pedes, & non impune cadentem
 (Calcis ab insuetu, servata Virginis hostem.
 At non sic contra, Iuvenem respexit Adamis.
 Sed rigida atq; tumens, tanto pugnabat amori,
 Heu misera, & nondum melioris conscia sortis.
 Tres abiere hyemes: duram vix deniq; mentem
 Fervidus eloquio, parili cum incendit amore,
 Eph. 5. v. 27 Persuasitq; torum, & lustralibus abluit undis.
 Et am nox aderat, tanto quasita labore;
 Eunt duo in **Q**ua Deus & Virgo (tremor en gravis occupat artus
 carne una, Sa- Namq; arcana cano) Calicis Mensaq; sub umbrâ
 cramentum Instruone novâ, Corpus coalescere in unum
 hoc magnu Instabant: Quantus ruptis fornacibus ardor
 est, Ego au- Instruone novâ, Corpus coalescere in unum
 tem dico in Cernitur Aetneo flammis miscere sub antro:
 Christo & Tantus amor surgit, reparatq; incendia: nec jam
 Ecclesia. Se capit ipse satis: gemino fert brachia caelo
 Cum dilexit Arduus, & totum recipit sub pectora Mundum:
 set suos qui Di viditurq;, & sponte sua sua vincla, ligatum
 erant in mû Cor patitur, vultq; esse, quod esse adamantinus urget
 do in finem dilexit cos. Raptus, nec tanto minor est raptore voluptas.
 Cant. 8. v. 6. Tandem ubi jam satur ipse sui, & cen sine potitus

B 3

Vivendi

Pone me ut *Vivendi, totum cupit se tradere amata:*
signaculū su- (*Admiranda loquor*) tanto liquefactus amore
per cor tuū, (*Condidit in diram labantia lumina noctem:*
ut signaculū *Nec prius evigilat, quam tertia protenus Eos*
super brachi- *Intulit attonito radiantia lumina cælo.*
um tuū, quia *Ex illo jam Sponsus ovat, festumq; celebrans*
fortis est, ut *Connubiale, vocat totum ad convivium mundum.*
mors, dilc- *Ipse sedens solio cum maiestate paterno*
tio. *Tutatur promptam non dura ad iussa maritam.*

De capite illa suo pendens, gaudetq; suisq;
Psal. 44. v. 18 *Plena viri, fecunda Novo sit mater Adamo,*

Qui magnum ferat ore Patrem, qui facta Parentis
Eph. 4. v. 24 *Exprimat, & patrijs peragat virtutibus avum.*

Hoc illi ridens, inculcat sedula mater
Eph. 4. v. 15 *Spiritum habens animosa viri, nutritq; puellum.*

Rom. 8. v. 9 *Dum firmata virum perfectum fecerit atas.*
Eph. 4. v. 13 *Ergo ubi conjugio finem feret, ultima Mundi*

Ardentis sacro igne dies: mortalis & isthac
Rom. 6. v. 6 *Non poterit Caro Cælorum succedere Regno:*

Supplebit Novus iste vices Homo, semine cretus
Verbi immortalis, jura immortalia cernet.

Rom. 8. v. 18 *Ille & opes Christi accipiet, non degener heres*
Innocuam vestem, sceptram, diadema thronumq;

Eternos peragens cælo inspectante triumphos.
Epigramma de hoc Idyllio ad Sponsum:

Fœmina te fecit Medicum, sed secta, sed excors:
Jam te viva facit fœmina Theologum.

Amici fato lætus, gratulationis ergo pepigit
Ioann. Keplerus Mathematicus.

Syrac. 38. v. 3.
Scientia Medici exaltat caput ipsius: ut coram Magna-
tibus sit admirationi.

V Ir Medicum, multis alijs prestansior unus,
Næ donum excellens dicitur esse Dei!

Natura obscuros illi scrutarier ortus
Cura est, & vires enumerare suas.

Et satagit, si non omnino avertere mortem
(Horam constituit cui Deus ipse suam.)

Paonia tamen arte acres compescere morbos:
Vt redeat membris pristinus ille vigor.

Hac illi seram sub noctem sola recurvat,
Omnis & in miseri, cura, salute sita est:

Vt bene de variè affectis queat, ille mereri:
Misceat & medicæ pharmaca sana manu.

Ipse hinc magno molimine gloria surgit:
Tectaq; per Procerum splendida fama volat.

Hinc Medico digni sine fine novantur honores:
Inq; bonorum oculis fertur & ore virum.

Præterea viridi redimitus tempora lauro
Passim aufert meriti præmia digna sui.

Talia Syracides, divino numine plenus
Edocet, & qua sunt plura ibi digna legi.

Exemplum, CASPARE, petis, quo talia firmem?
Testari exemplo tu potes ista tuo.

Et te Phœbus amat, non ethnicus: entheus ille,
A quo uno, quicquid possumus, omne fluit.

Scire potestates herbarum, usumq; medendi
Non tibi Apollo dedit: sed tibi Iovæ dedit.

In deploratis tu presentissima morbis
Scis media, & solers hac adhibere potes.

Hinc tua & externas memoratur fama per oras:
Hinc te Belgæ, Italus, Gallus & Anglus amant.

Hinc illi antiqua Heroës virtute fidetq;
Quos hodie magni CÆSARIS aula fovet,

Te spectant, doctusq; tuas mirantur & artes:
Ditavit pectus queis Deus ipse tuum.

Hinc sibi te Generum ascivit, cui publica cordi
Res patria, GLTICUS, cui patriaq; salus:

Qui patria Consul res aquis flexit habens:
Iustitiq; bonus, quod facit, omne facit.

His donis tantum reliquos post terga relinquis:
Ante citos quantum Pegasus iuvit equos.

Nunc age, nunc fructus tam docta percipe mesis:
Qua tibi nunc surgit cum locuplete penu.

Ecquis hic est fructus? Coniunx pia, casta, per ora
Virgineum currit cui rubicunda decus.

I pede felici: Galilæi lumina Petri
Ingrederet, & supplex fer pia vota Deo.

Hic pete thariermas tibi nobile munus ad aras:
 Munus perpetuo quod meminisse iuvat.
 Hic pete constantemq; animum sociamq; fidelem:
 Cum qua dulce tibi vivere, dulce mori.
 Audiet omnipotens, nec non donatus abibus:
 Tecum Sponsa decens ELISABETHA redit.
 Gratia vos reduces comitatur dia, favorq;
 In cuius dulce est delituisse sinu.
 Praesto aderit simul & cunctarum copia rerum,
 Successus felix, spes bona, lata quies.
 Hac bona sint vobis solida atq; aeterna, nec ullo
 Ob sortem adversam dissoluenda die.
 Hac sterilis mea Musa tibi, bone SPONSE, precatur:
 Hac optat SPONSE nostra Camena tua.
 Plura quidem canerem: nisi desuetudine longa
 Pristina squalleret vena vigorq;. Vale.
 Honoris & observantiae ergo fecit
 Gregorius Richter Corlicius Minister
 Ecclesiae patris Primarius.

TE quoties verbis, Dornavi, affabar amicis,
 Phœbus in externis cum tuus esset agris:
 Ne te poeniteat, dixi, tot vertere terras,
 Cœliq; & tractus evoluisse maris.
 Olim namq; tuos castissima Virgo labores
 Leniet, in blando sponsa futura toro.
 Hac fati sortisq; tua non inscius augur
 Dicebam: atq; eccum, sponsa petita venit.
 Grator ut es meritis, non tali tramite cui vis
 Eveniunt votis consona fata suis.

Adamus Huberus à Rysenpach D. Medicinæ.

Votum numerale.

ELISABETHA, tva est, Dorna VI, sponsa: VI rago,
 Ann vs septeno, qva M voVer aXe noVVs.
 Nupta aitate bonâ, mores edocta pudicos,
 Dives opum, diva religionis amans.
 Cui pater à Miltiz, vir Nobilis ille Iohannes,
 Consule quo stat Res publica Gorlicij.
 Digna tuis merces studijs, cumuloq; laborum,
 Quos tulit à teneris, vita tua unguiculis.

Donec

Donec Praga triurbs, Musarum scita monente ma
 Te novit, frugi duxit & esse virum.
 Hinc cum Smirzicio, visum extera regna, Barone,
 Egressus, messes quattuor absueras.
 Inclita te medicina artis Basilea creavit
 Doctorem, meritis gratificata tuis.
 Gallia multa tibi, longaq; Britannia tractu,
 Insulaq; Oceani plurima visa maris.
 Nam, tot lustratis populorum moribus, atq;
 Legibus, est uni mens tibi fixa loco.
 Quem simul accernit, quantum te mutat, ab illo
 Qui fueras alijs pectore & ore locis.
 Sensisti flammam, quam crescentem osibus imis,
 Incendit, Fatum connubiale, tuis.
 Quod felix, faustumq; tibi, cum Virgine sponsa,
 Faxit, sunt cuius, cuncta, valentq; manu.
 Dorna VI, DeVs est, qvI teqVe, tVosqVe fVtVro
 InVlSt, LISabeth Vlrq;ne, Dote bonâ.
 Barptolomæus Haulichius Srnovectius
 a VAVVAVVA.

CVm tener ex nihilo eductus concresceres orbis,
 Aer, terra fierum, s decreiq; globi:
 Hac secum rerum tantarum summâ potestas,
 Cui decreta semel secula nulla movent:
 Nullanè signa hominum nexu cum numine nostro
 In tot natura condita rebus erunt?
 Quis vinculis stringantur eodem semine creta,
 Nemo sciet, membrum corpore, os esse suo?
 Teq; Hymenæe decens, statui quo cuncta referre
 In melius, densâ nocte latere placet?
 Tum sic alloquitur somnum, cui solvere fissa
 Curarum fluctu corde quiete dedit:
 Vade age, somne voca Zephyros, & labere pennâ,
 Et Paradisi imo te cito siste solo,
 Terrigenæq; modo lucis qui venit in oras,
 Allapsu, stygio membra sopore liga.
 Ille patris paret dictis, & turbida tranat,
 Nubila, tum terris arte levata novâ.
 Inde viri ramum lethæo rore madentem,
 Vig; sopori ferâ lumina clausa, domat.

C

Conti-

Continuo somno pressum, terrâq; iacentem,
 Omnipotens rerum conditor aggreditur,
 Costarumq; unam lateris de crate revellit,
 Inq; novam formam virginis ire iubet.
 Hic est nata Venus primum, Venerisq; Cupido,
 Tuq; movens rutilas, nunc Hymenae faces,
 Corpus amore sua partis, pars corporis arsit,
 Hocq; suum petiit pignus, & illa locum.
 Non secus ac sacrum coetum, labefactus amore,
 Unigena, & coetus deperit unigenam.
 Et jam miremur Musarum signa secutum
 Casparum Cypridis subdere colla iugo;
 Natura pressis infert vestigia signis
 Quâq; DEUS pepigit, foedera persequitur,
 Quiq; faces Hymenaeus nunc inspiciat acutas,
 Hunc petit, exemplo noscat, ut atherum,
 Cum fuerit felix caeli condiscet amores,
 Optabit, natam nube tenente diem.
 Quare agite optatos animi coniungite amores
 Nuptâ auctus coniunx, conjugue nupta suo.
 Exprimite unigena thalamos, diâq; puella,
 Immitis Stygio quam petit ore Draco.
 Sis illi corpus, membrum tibi corporis illa,
 Ultima sit talis, qua modo vestra fides.
 Rumpere fas nulli sit mutua vincula amoris,
 Non nisi supremâ dissoluenda die.

Adamus à Zaluzan M. D.

Dum te fata trahunt vastum retrahuntq; per orbem,
 DORN A VI, querunt inveniuntq; viam.
 Lustrasti Gallos, Belgas, fortesq; Britannos:
 Sola è Lusatis nymphea reperta tibi
 ELIS ABETHA. Quid hoc? Fato connubia fiunt:
 Nec, nisi fatalis, sit ratum ullus Amor.
 Sit torus hic felix precor: & vos prole beati
 Multâ: fatalis quos benè iunxit Amor,
 Junctos servet Amor: nec lis inamabilis, aut mors,
 Aut mala fors temeret gaudia lata tori.

Elias Reusnerus Leorinus in Academ.
 Ienens. Histor. & Poës, Professor.

Iam

I Am multos fueras erratica stella per annos,
 Optime Dornavi: nec enim Germanidos oras
 Visere quàm latè pateant contentus, adisti
 Hesperiasq; plagas, Gallosq; ferosq; Britannos,
 Hispanosq; truces, & non satis aqua protervis
 Oppida Belgarum, qua proluit equor, Iberis.
 Et varias animi dotes, summosq; tulisti
 In patriam, quâ Sala fuit campestris honores.
 Quin erat, ulterius tibi mens penetrare patentes
 Sarmatia campos, & quadrupedante caballo
 Riphaas superare nives: sed amica benigno
 Lumine te cernens Dea Cypria, mater amorum,
 Siste gradum, dixit, satis est egisse Planetam.
 Nunc ut fixa lubens faciam mihi stella quiescas.
 Sic ait & tenero pectus succendit amore
 Virginis, antiquos ubi Gorliciana Lusatos
 Maenia nobilitant: jam totum amore calefcis,
 Jam ponis gladium, pedibus calcaria demis,
 Jam tibi tempus equum fumantia solvere colla,
 Jam pangis socii latus nova foedera lecti.
 Gratulor exhaustos tibi mi Caspare, labores.
 Gratulor eximios Virtutis & Artis honores.
 Gratulor optatos Sponse praestantis amores.
 Illa tibi seros vitam producet in annos,
 Casparosq; feret, tenerisq; replebit Elis
 Mater amica domum: nec te pia regia caeli
 Actipiet, multos, nisi videris antè nepotes.
 Hac precor, hac rata sunt: facili Deus annuit aure.

VVolfgangus Heider in Academ. Ienensi
 Logic, & Ethic. Profefs.

S Ponse sacras templi dum stas solennis ad aras,
 Casta tibi ritu supplice sponsa venit.
 Se tibi credit amans: tu suscipe, Sponse, fovendam:
 Supplicibus clemens ducitur esse DEUS.

M. David Aquila Eccles. Salveldens.
 Pastor & Superintendentens.

C 2

Dorn-

Dorn--au.

Rosa inter spinas:

TV, Dornave, Rosa es, tu fragrantissimus illo
Flosculus, enatru saltibus Aonidum,
Hic ubi pinifero de vertice flumina quatuor,
Quatuor in partes orbis amana cadunt.
Tu rosa, qua late incundum spargis odorem:
Quo te cunq̄ ferunt, quo referuntq̄ pedes:
Sive ad eunda forent Gallorum dulcia prata,
Anglorum tempe sive ad eunda forent.
Tu rosa, de cuius foliis tot (res nova) lingua
Destillant, Itala & Gallica, Greca, Heneta!
His sese interdum si quid miscabit amari:
Perstringetq̄ tuos spina trisulca pedes:
Præcipue si forte ferent tibi tadia tæda:
Quas nunc incendit pronuba Iuno tibi:
Ne desponde animum: stimulos sed nitere contra:
Et nunquam spinae sic rosa rosa cadet.

M. Martinus Mylius.

PArca metit populum, terras diffusa per omnes,
Tu nova Dornavi, semina sponse iace.
Materiam & formam GLICI tibi Nata Iohannis
Præbet, & ad nixus nunc venit apta tuos.
Quove cadunt plures: tu rem tanto acrius urge,
Patria ne culpâ lugeat orba tuâ.
Non opus hic herbis adeoq̄ Machaone prisco:
Est apus hoc ad opus, te mage, sponse viro.
Rarefcit plebes prostrata, locumq̄ relinquit,
Quorum usus toto maior in orbe, bonis.
Excipiet vultus locum hic GLICI q̄ tuosq̄
E gemino in paribus sanguine pignorbis.
Tu modo ne cessa: sic te iuver ardor ELISSÆ,
Sic placidâ vester forte perennet amor:
Ut de semimbus iactis sub sidere Iani,
Olibris fructum sospite luce ferat.

Georgius Carolides à Carlsperga, Poëta
Cæsareus Pragæ fundebat.

Eidem

Eidem Sponso & Sponsæ per Anagrammatismum.

Caspar Elissa
Parcas & Silcas.

HAwlichium Affinem cursu, Caspare, petenti
Venere ex animo sub calamum ista mihi:
Vir sponse erranti PARCAS, SILEASq̄ loquenti
Sponsa Viro, & vester lite carebit amor.
Illa quidem lusum referentia, qua tamen usum,
Si rectè accipias verba monentis, habent.
Idem, qui supra, Geor. Carol. à Carlsperga.

SAPIENTES DIOGENIANI. Ex Laërtio.

REmigio dubium si quis vult nare per aquor,
Propositiq̄ sui non premit orsa, sapit.
Flectere concessas si quis parat urbis habenas,
Propositiq̄ sui non premit orsa, sapit.
Si quis inire parat sublimem Principis aulam,
Propositiq̄ sui non premit orsa, sapit.
Si quis inire parat socialis fœdera tæda,
Propositiq̄ sui non premit orsa, sapit.
Siccine, Diogenes, nihil est sapientius istis?
Siccine nil thalamus, ius, mare, & aula sapit?
Dii melius! si nemo volet se credere ventis,
Ex alio nobis iam nihil orbe venit.
Nemo premat, nemo det laxas urbis habenas,
Urbs, quod erat quondam trux Polyphemus, eris.
Nullus in Augustas se principis inferat arcus,
Aula delicia tristis eremus erunt.
Nemo sit in focis veniat qui fœdera lecti,
Humano generi est certa parata lues.
Desine, Diogenes, sapere isto desine pacto,
In mala (si nescis) improbe nostra sapit.
Scilicet hac faceret sapientia, nullus ut olim
In thalamos, aulas, iura, fretumq̄, vacet.
At bene, quod CASPAR Medica doctissimus artis
DORNAVIUS melius dexteriusq̄ sapit.
Non illi damnosa placet sapientia, nostrum
Per Cynicos illos perdere docta genus.
Tada placet, placet hac gentis reparare ruinas,
Et medicam nostris addere rebus opem.

C 3

Quo

Quò magis id possit, datur ipsi sponsa marito
Magni progenies ELISABET AVIRI.
Cedite DORNAVIO priscorum castra Sophorum,
Plus in ea vobis omnibus ille sapit.

Α Λ Δ Ο :

Α' Μ. Θ. ἄφρων τῶ ἐὼν κακόπατρι, κ. κακόμητρι
Εἰς οἴκῳ ἀγέτω χρήμασι πειθόμενῳ.
Δορναεῖω καλῆ ἀγεται. ὀρθῶσε ὀπηδεῖ
Συλαμῖα τοῖη χρήματα ἠδὲ χάρις.

Ioh. Campanus Vodnianus Profefs.
Academix Pragensis.

ERgone DORNAVIO non unica sufficit uni
Nupta viro, ut veteri novus ingruat ardor amori,
Et latus athleta modo nympa coronet utrumq;
At, nec in Alcida sat roboris esse duobus,
Et vetus, & nulli non nota paræmia docto, est:
Ipseq; in Elysiis, stitalia cerneret, oris,
Ohe, iam satis est, clamaret Horatius, ohe.
Res plana. Ambabus simul & semel unus ut illis
Perfolvat, nunquam poteritq;, voletq;. Quod autem
Alternis nequeat, non arbitror. Anne sibi lux
Divisos renuat cum noctibus esse labores,
Ut sat HYGÆA ferat, satis ELISABETHA reportet?

Quare, quod faustum fortunatumq;, secundum
Nomina postrema, contingat, ô omnia, sponsa,
Sic bigamus, geminâ sit coniuge cinctus & auctus.
Sed tamen hoc à me (medicus pia cura medenti)
Secretam & fidam dictum demittat in aurem:
Ne, quod HYGÆA, dies tribui sibi passa vel omnes
Et totos, nescit, nimium puto, forsam & huius,
Huius abesse putet, deceptus, amoribus. Usus
Id liquido falsum monstrabit, & innuet unum
Hic medium medio semper remone tenendum.
Sic longum, ut voveo, neq; fessus, amabit & hancce,
A dupliciq;, duplex succrescet adora: nempe,
Cum LECTU & LECTO incunda ac suavia promet,
Autorem LIBRI clarabunt arte potentem,
LIBERI ut egregium monstrabunt fronte parentem.

Mauricius Schröter Phil. & Med. D.
facieb. Lipsiz.

ANAGRAMMATA:

CASPARUS DORNAVIVS. ARDUUS I, SANA CORPUS.
ELISABETHA GLIICHIA. LICITA ELIGE BASIA.

FELices ager ille dies, qui iussa FEROUÆ
Enthea amat, mundi quisquiliâsq; fugit.
Qui vita melioris iter subit arduus, & qui
Spectatâ officium sedulitate gerit:
Qui licitis gaudens faculis, licita eligit aptè
Basia, & illicitum spernit adire torum.
Hic velut arbor erit vernanti flore virescens,
Lene susurrantes consita propter aquas.
Tu quoq;, DORNAVI, melici mediciq;, Senatus
Optio, Amicitia portio fida mea,
ARDUUS I, SANA CORPUS, malesanaq; succis
Membra levans, sollers fac faciunda tibi.
Et tu, Sponsa, tui LICITA ELIGE BASIA Sponsi,
Laticijs hilara deliciisq; virum.
Nempe Dei Bonitas, Cælestis gratia abundans,
Depluet, & vobis gaudia plura feret.
Felices agite, opto, dies, & crescite, prole
Multiplyate solum, multiplyate polum.

ALITER:

ARDUUS I; SANA CORPUS; LICITA ELIGE Sponsa
BASIA; re potis es non meliore frui.

Ioh. VVeidnerus Secundus, Med. D.
includæ Reip. Sag. Physicus.

SILicet & Veneri, DORNAVI clarè, litandum est,
Præmia quò Veneris deliciosa feras;
Post exanthlatos Sophiâq; Hygiæq; labores,
Quis meritum fama nomina viva tua.
Perge; Tibi Domiduca Venus iam spondet amoris,
Quos gerit in medijs ELISABETHA sibris:
ELISABETHA, Charis quam lætaq;, lætaq; Tyche,
Suaris & Eugenie clarat, & Ensebie.
O bene! sic Sophie quas sensit inantè, Hygiæq;
Sentiat has, age, nunc ELISABETHA faces.
Sic erit, ut vestris adsit Polytechnia tadis,
Et decimo decimas mense reponat Amor.

Caſpar Cunradus Phil. & Med. D.

Ηνίδε ἡελίς τοξευτῶ ἀμφιθέοντο,
ἐξ ἀκαλαρρέτας βαθυρρύξ ἀκεανοῖο
κίδναται εἰσανιῖσα γαμόσολο ἔρανον ἠὼς
ἀμφιβόητον ἐπ' ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὄρωρε,
καπνῶ κνίος ἤεντι περίπλεον ἄστυ γέγηθεν.

Ἀσκηθῆς ξείνηθεν ἀνελθὼν ὄνδε δόμονδε
παντοίαις ἀρετῆσι κεκασμῶτο ἀγλαδὸν ἦτορ
Δορνάειο πολύσαντο ἀκέστωρ, ἰσθῆτο Φαῖς,
ἀντέλλων ἐπὶ Φαιδρωπὸς χνοάοντας ἰάλας
νυμφίος ἀλλοδαπῶν σομάτεσι βωόμενος ἀνήρ,
οἶκαδ' ἄγει κέρην ἐρικυδέα ἑσπαστέρειαν
πλούτω κυδιόωσαν ἰδ' αἵματι καὶ πρῶπιδεοσι,
πίσιν ἐφ' οἷ θέμενος καὶ ὄρκια συνθεσιῶν
λοισβῆς ἐλαγέεσι θεοδμήτω παρὰ βωμῶ.

Οἱ δὲ Φίλοι γνωτοὶ τε τελεοσιγάμοισιν ἐν ἄραις
ἐκ θυμῷ γλυκερῆσι γεγῆθασιν ἐσφροσύνησι,
μολπήτ' ὄρχησῦς τε καθ' ὑπερεφές μέγα δῶμα,
ἐλόφρυσ' ἄσειο παίζει νέος ἀμμιγα κέραις.
τί πλέον; ἐν θαλίῃσι παρ' ἐλαίγῃς τραπέζαις
δαιτύμενοι μέθυ ἠδὲ καὶ εἰδατα μυρία κρειῶν
εἰς ἐν ἀγειρόμενοι μέχρῃς ἠὼ δῖαι ἰκέσθαι
περπνῶς δ' ἐψιόωνται, ἐσφροσμητοῦσι γάμον τε.

Χαίρεις νύμφα γάμος θυμῆρεο ἀντιάσασα,
δῶκε θεός σοι ἄριστον ἐν ἰητροῖς πόσιν εἶναι.
τέκνα δὲ φυτήσαιο μεγέρετα φαίδιμα τέκνα,
κύνδιμο ὦ νύμφη. χαίρεις ἐσπένθηρε γαμβρῆ,
εἰς ἔτοσ' ἐξ ἔπεσ' τεῆ ἔσται σύγγαμοσ' ἠδε.
Δοίη ἐσ' ἀλλήλων στέρον φιλότητα πνεόντας
καὶ πόθον, ὑμμι θεοῦ δοίη γόντο ἴσον ἔρασθαι
ἀλλήλων, πᾶν ὑμμι τελῶν θυμῆδες ἐέλδωρ.
δοίη δ' ἐσπενήην δοίη ζωαρκέα μοῖραν,
θηρὸν ὁμῶς συζῆν παναπήμονας ἐνητάδες δοίη,
καὶ ποτ' ἐκεῖ πάσῃσι μετέμμεναι ἀγλαίησι.

Ioan. Siglicius Hallâ-Saxo, Philosoph.
& art. Medicæ D, in Acad. Lipsicâ.

Ἀνά.

Ἀνάγραμμα.

CASPARUS DORNAVIVS MEDICINAE DOCTOR.
ELISABETH GLICHIA.

I gloria, accedas; hic Sponsus ab Deo adducitur
hilari mente.

Et hoc modo:

CASPARUS DORNAVIVS MEDICINAE DOCTOR.
ELISABETH GLICHE A MILZITZ.

Deus hic & Zelus ita Gorlizianam Rebeccam hilari
Sponso adducit.

ELISABETHA, virginæ decor cætu,
Quæ te favilla, quis ussit entheus fervor?
Ut Dornav I intimum medullitus pectus
Induplicaveris sub Cypridos vincla,
Non Gallicana quem Veneres, Britannag,
Nympha, nec Italarum flos puellarum,
Nec Belgica Charites, nec Zecchy neptes
Poterant ferire astro Cupidinis. Verum
Quoscunq, vult Amor Connubij dulces
Gustare fructus, deliciasq, Junonis,
Non terra, pontus, ignis prohibet aut ather:
Coalent amantes non scrutabili fato.

Nunc quando gloria est status tori dignus,
I, gloria, accedas; hic ab Deo Sponsus
Adducitur mente hilari. Namq, rugosam
Quis quæso frontem iam caperet? Deus quando
Et Zelus, integra cupido vitæ,
Gorlizianam hic Sponso adducit, & quando
Hilari Rebeccam ita vinclis copulat sanctis.
O Sponse macte, macta Sponsa! felices
Dies agetis ævi. Pronubus namq,
Quos iunxit ipse, vel porro Deus iunget,
Non hos noverca fors sufflammat pressos.

Sagano mittebam observantia ergo

Martinus Genaspius Med. D.

SE colui é honorato, & felice
Si stimi, e da tutti valente si dice,
Chi pur al fin d' un fatto volgare giostra
Per il Valor suo, à gente ne mostra,

D

D'esser

D'esser state cinte d'un coron sacrata,
 Le sue tempie, della man beata
 D'una bella, vagha & leggiadra Dama,
 La qual il con sospiri desia & ama.
 Quanto per più felice & venturato,
 Quelle s'ha à tener, & chiamar beato,
 Non chi dal'huomini, o dal mortali mani
 Riceve coron vittoriose & vane;
 Mà à qual i Dei celesti & immortali
 Mostrano stessi quest favor' in segnali,
 D'una sua non scempia vittoria
 Acquistata, si come & della gloria,
 Nel cinger la fronte, e le chiome bionde,
 Di man sue sacre, con ghirlande tonde,
 Col isparger d'attorn' al viso tai liquori;
 Che d'honore & di virtù rendon odori.
 D'un tal favor già carissimo DORNAVIO,
 A mico non men leal, che dotto e savio,
 Primà fra gl'altri te ne degno facea,
 Poch'anni son, al inclita Basilea,
 Il sacro & venerando Dio APOLLINE,
 Con circondar & abbellir tue crine,
 D'una bella ghirlanda, tessuta d'ALLORO,
 A te consecrato dal celeste choro:
 Per significar, si come li Romani
 Havean in uso, di portar in mani
 O porr' in testa i rami di verd' Allori,
 Quando n'erano rimasti vincitori;
 Così ancho te ne haver ben meritato,
 Che d'ogn'attorno ti ben fust' adornato
 Il capo, col Lauro sacro & triomfante
 Et con le sue frondi verdegianti,
 Per segnodi vittoria segnelata,
 Da te dal hosti de MUS E riportata.
 Mà oltre quel serto già à te donato
 Dal celest' Apolline, t'ancor è stato
 Hor imposta dal VENERE Citherea,
 Quella amabile, & sì gratiosa Dea,
 L'altra corona, vagh'ell' & fiorita,
 Tessuta di MYRTO, ti molto gradita:

Per

Per significar, si come il MYRTO sempre
 Verdeggia, & in niun stagion o tempore
 D'anno vien marcido, no perd' l'odore,
 Mà per tutto il suo vivo ritien colore;
 Così ne vuol, che quel amoroso fuoco,
 Per via di matrimonio, già poco
 Fà, acceso' n'vostri generosi petti,
 Non sia spento già mai, mà diletti
 Ve ne generi mille, & ne mille gioie
 Sempre voi porti, e da se ogni noie
 Scacci, & cordogli, con quai ben spesso Dea
 Invidiosa ERIS, insieme con ogni rea
 Tenta ventura, di perturbar duo cuori
 Avinchiati d'Amor, e darn' essi dolori.
 Dunque che poi, si duoi potenti Dei
 Fatto t'abbiano degno, con sì bèn
 [Mercè del tua vertud' e tuo valor,
 I quai t'hanno partorito questo favor]
 Serti di circondar, delle mani sue
 Proprie, e adornar le tempie tue;
 Di qui felice, anzi felicissimo
 Te ne hà, DORNAVIO gentilissimo,
 A chiamar ogni un, e del tuo gran bene
 Rallegrarsi teco molto, & gioirsene.
 Et così hor' anch'io di gioioso cuore
 Vengo à congratularvi d'ultim' honore
 Ti fatto dal Philomedeia VENERE,
 Mentr'ella ti diede, di membra tenero
 Et d'altier sembiant' in tuo possesso,
 Qual forse dà te fù desiata spesso,
 Un SPOSA non men' ricca e da nobil' nata
 Parenti, che casta & ben accostumata;
 Con qual, che tu ne sia unito sempre
 Di buon Concordia, & in tutte le tempore
 Cresca nel petti Vostri, & ne fiorisca
 Sincerità di Fede e non mai languisca,
 O venga spenta, ne l'un o l'altro cuore
 La chiara fiamma, del vostr' fervid' Amore;
 Mà che viviate insieme lieti & contenti,
 Dal sommo GIOVE pregh' io con vot' ardenti.

E Salinis Saxonis transmissit

Matthias Untzerus Med. D.

Ex Phædone Platonico

Debemus Æsculapio Gallum, quem reddite
& ne negligatis.

Cum reus ille Anyti bibit ore venena cicuta,
Et iam constiterant frigida membra gelu:
Illius ex docto, vox hac extrema, Platone:
Phœbigena Gallum dedico, quem date vos.
Cur illum Graci placarint sanguine Galli,
Socratica sequimur condita verba domus.
Immortalia ne Spheres Gallus monet, à quo
Fonte fluat vita, & quam breve sit spaciū.
Solis ad exortum modulatur voce sonorā
Gallus, nos, vigili mente sequamur, agit.
Ex antro rapimur ratione, specuq; Platonis:
Ut summum liceat noscere corde bonum.
Nigrarum memores flammaram discimus omnes
Despere, & sapere, ut fors sua cuiq; cadit.
Omne meum in Christo spem fixus milito tempus,
Plurima sunt mundi, qua bene stulta voco.
Hac insunt Gallo, qua novi mystica: Christus
Confirmat, Petro tessera dura fuit.
Te Sponsū appello, mihi verè Asclepius alter:
Qui par Phœbei Numinis arte cales.
Iudico te dignum Gallo, atq; beatior ex hoc
Gallinam adiungit provida cura Dei.
Ne quid tu prendas, Christus se comparat ipse
Gallina, nomen dulce levamen habet.
Hac foreat pullos charos tibi cauta sub alis:
Quid sobole in vitā sanctius esse potest?

Franciscus V Vendeler Phil. & Med. D.

CASPARUS DORNAVIUS DOCTOR
SPONSUS

ELISABETA GLICHIN A MILSITS
SPONSA,

alternatim dextro semet amplex antes nomine & omine:

Coniu-

Coniugium Est Augens Lactansq; Statum Iuvenilem,
Pars, Sordent Agamia Algida Res Barathri;
Vnde Etiam Sociam Tibi, Doctor, Amoris Opellam,
Glutine Ritè Legens, Nominis Indigitas
Augurium; Cernes Vnirier Hocce Iubente
Iehova Vinculum Numine: Sors Aderit
Danda Meo Omini, Iunctaq; Corda, Ligataq; Terris
Scitā Opus Illud Re Testificanda Statim.
Sunt: Post Sedem Omen Patriam Nacta Oppletura.
Sic Nutu Votum Sufficiens Suo. Amen.

Sinistri licet complicati venā à
Georgio Cobero Med. D. Reipub. Aufsi-
giensis ad Albim, Poliatro.

Iam fluxerant frondentium arborum coma
Parnasso, & imo murmur antro lenius
Frangebat obscurum pater Nissus, gelu
Stans, ut prius non amplius loquax pede
Salaxq; lubrico & vago: quarupium
Solent lares muscosi obambulantibus
Circa editam molem Petri, aures melleo
Implere planctu, & nymphulis miscere epos.
Ianus bifrons iam viderat Genethlia
Iesu, aure iam patulā biberat hymnum Angeli,
Novumq; in annum providebat longius.
Et ecce MENS Dornavii veterum memor
Vestigiorum ad antra Charitum gemmea,
Musarum ad antra Gorlicensium aurea
Sessit! emicat magisq; splendida!
Radiare perpetem ei videres Gloriam,
Variare triplicem ei videres Gratiam.
Circumvolant iocus leposq; Hymettio
Suaviores melle lepidum illud caput.
Albis, Nicerq; Rhenu & Rhodanus, Paduq;
Antehac corollas implicarunt dapfiles:
Illimi eas sub undā adhuc tuis firunt.
Servare tadis Naiades: cave ambigas.
Nam summa tantum, ut è Nilo bibunt canes,
Libero, si qua facta Clavis cordibus
Basilea dicit, dicam: & illa haud omnia.

D 3

Qua

Qua non patravit ausa Magni vir GenI?
Ipso iubente cum Galeno injurius
Consentit Argenterius; cum Lipsio
Thomsonus, atq; multa multis machinans
Tu Machiavelle, cum Catone lapideo.
Ita dexterè in Medico & Politico differis
Clarus Theatro, utraq; cinctus laureâ.

Montepessulum stillantis hausit nobilem
Laticis liquorem, spiritus, olea, atq; sal:
Que flammeas sufflante Vulcano faces,
Sape evocavit docta Dornavi manus.
Nuper fluentia Moeni amœni ad limpida,
Involveret mystacem ubi nix pendulum
Concreta anheli de vapore Tityri:
Mirabar annè falsa sit, ceu sudor est:
Serpigini parat hac Anhelitus aquam,
Accomodans novis spagyris usibus:
Et qua reposito Quercetanus pectore
Secreta servat, cuncta flammis judicat.

Conchas Britanni littoris volatiles,
Anatum-feraces legit: utribus solo
Serum sepultis lambere incolas; focum
Carbone succendiq; vidit fossili.

Polydadali novit maris miracula,
Tonitru Leonis Belgiciq; & fulgura:
Sic Lipsio terram imprecatus est levem,
Stillans in urnam Lacrumarum guttulas
Dornavius, fama sacratas posthuma.

Non eloquar, si septuplex lingua mihi
Sit ordo, quot Tute affatim linguas tenes;
Queis Dornavi mens pura floreat bonis:
Queis Mercuri, turgescat os, facetiis.
Tuis loquentur Nationes filiis!

O Svada dulcis GLYCII loquere interim,
Humanitatem mista rigidioribus
Iusti minis, qua Patriam Rem temperas!
Loquere, ut minoris Sidus hoc sibi prævium
Discant sequi per saxa ponti inhospita,
Perq; os latrantis Scyllæ & astus spumeos.
O Svada dulcis GLYCII loquere interim,

Quam

Quam censeas dignum sacris amoribus
Dornavius, tua illius castissima
ELISABETHA: Quam sit æquum Ithaco focos
Tandem tepere Amoris, illas flammulas
Puras tepere, pronubo ipso Numine.

Iam partus est Portus Beatitudinis,
Post tanta totq; sali & soli pericula.

Cœlestis IGNI S, corda qui faculis pia
Succendit, illustret torum novissimis
Suspitiis tepentem amantum ab hæc die:
Et omni Omen addat, insuper meo:

Tres albicantium Liliorum flosculos
Insigne avitum Glyciorum, & Gratias
Habet imminentes singulis: velut suâ
Aspergine uberum alia lactent stamina:
Sive ut calyx Charites novas produceret,
Cum flore victuras perenni gratiâ.

Florem tuum, illibatulum, tenellulum.
Dornavi, ELISAM, nutriere Gratia:
Quid ergo censes? Quot novas hic flosculus
Charites creabit? quas feret Charites novas?

O Svada dulcis GLYCII loquere interim,
Nam, cum tener protruserit gemmas calyx,
Loquar, lubensq; totus in Elegos fluam!

amoris & observantiæ ergo scribebam

Mich. Gehlerus Gorl. Med. D.

DE SPONSIVITA ET AMORE CONIVGALI.

Vivere vis a Sponsi vitam, Clarissime Sponse,
GASP. AR. DORNAVI? MEA te sic casta b videndo
Vssit Doctorem, Medicum! GLICIAM ut tibi c Cajam
Vxorem Cajus peteres: d ut costa levaret
curas, ærumnam miseram, quam gignit e egenti
Languinis exsiccans vires amor, f omnia solvens.
Est tua GLICIA, Sponsa est, uxor erit tua ocella:
sed non g tegina h Evandrum que accendere nata:
absit: nata virum iuvenem, relevare potentem,
non medicum. (i medico non laus est esse potentē:

a de adag (Sponsivita)
vide Erasmi Roter. chil.
2. cen. 9 n. 69. adagior.
b urit videndo femina
Vergil. 3. Georg.
c formula contrahendō
sponsalia apud Roma-
nos usurpata: Ego tibi
Cajus, tu mihi Cajo: &
scipore Cajo honesta ma-
rrone, & optima lansifi-
ca secund, T. Prob. lib.

est Re-

est Regum hoc: occidere turpe hoc non nisi bardi
est medici; immitis virtus, saviq; tyranni.)

Et k vivit Sponsus; vitam & dat: vivere Spōsi est
ex animo esse virum latum. mortalia cœci

& surdi curāt: nō est mortale quod optat. (ad se.
Spōse l amor est magnes medicū Spōsum trahit

Sponse ut m ameris ama: mēs vobis una, n fidesq;
Vos castos iungat: o non murmura vestra columba,

brachia non hedera: non vincant obscula concha.
Intrōs P γδ ἀνὴρ πολλῶν ἀνδρῶν ἀλλῶν.

uxorem honestam, & virum: e conspicuam. *Experientiā etiam, & Anion. Cuiusmodi
differ. feb. 2. tract. 4. cap. 2. pag. 132 teste, remedium hoc probatum Padua contra
quartanam.*

e qui amat si eget miser à afficitur arumna. Amor enim eb, bis sanguinem, Plaut. in
Curcul. act. 1. s. 2.

f Amor est quasi mors. Vide tractat. Sebast. Medic. cui inscript. mors omnia solvit.
g Regina mulier est Sponsio Ieni. Vide Eras. adag. chil. 1. cent. 8. n. 1. Iuvenctam

accendere in lecto senem dicit Plaut. in Stich. act. 4. s. 1. Huc pertinet Anacreonticum
illud; Anacreon senex est blanda dicitur puella canentes scilicet, in deme sie dem als

ten Herrn zusingen. Inter alia enim Veneris irruant a fuit olim, est & adhuc
hodie cantus dicitur zusingen. Confer Taubm. ad Plaut. citat. loc.

h de Evandro qualis fuerit senex, vide passim Vergil.
i Plin. lib. 2. c. 1. medico tantum, hominem occidisse. impunitatem summam esse scri-

bit: sive ut Philemon apud Stobaeum sit. de med. habet: soli medico licet occidere sine
suo periculo. Quos secutus Ian. Ludovic. Veses lib. 4. de tradend. disciplin scribit:

quod medicus in hominum corpora vita, ac necis potestas, ac sui summum sit permissum,
nec ulli unquam, vel Imperatori, vel Regi tantum in homines licuerit, &c.

k qui nubris contrahit meritis letatur, vivere enim incipit, & alijs vitam largitur
Stephan. Guaz. in cōsil. convers. d. loc. p. 722.

l magnus amoris amor, elicit enim Gexitat amor amorem. Veses in satellit. vel sym-
bol. n. 63. & in introduct. ad Sap. ext. n. 410.

m Hoc non fit verbis, Marce, ut ameris ama. Martialis lib. 6. epigr. am.
n Vir enim & uxor una caro Genes. 2. v. 21. 22. 23. & seq. Matth. 19. v. 5. 6. lex
dōna 27. q. 2. c. laudabilem de frigid. & maleficiat. &c. apud Gregor.

o Gallieni Caesaris versus teste Jul. Capitol. in Gallieni duobus.
p Homer. Iliad. λ. h. e. unus homo medicus multis equandus honore est.

Adfini oculis, & consobrinæ caris. scribit
amoris honorisq; causa

Gottfredus Glicius à Milziz.

Problema γαμινδὸν Sponso propositum.

P Aonias artes, inventaq; docte Sophorum
Quotquot & Oenotrie quotquot & Argos habet:

Alter

Alter Lærtiade ambages emense vlarum.

Terra per Europam quas legit, atq; Salum.

Dic age, te Sponsum non fallit prisca vetustas.

Eruta de Latys Argolicisve libris.

Vexit ubi ad notos Sponsam lectica mariti.

Mularum collis gesta boumve, lares:

Cur pueri quinq; patrima illi & matrima proles.

Ante ibant, totidem praq; tulere faces?

An quò disicerent flammis rutilantibus umbras:

Verior an forte hac mystica causa subest?

Ominis ut fausti vellent signum esse: futuram.

Sperantes fatam prole frequente domum.

Nam generare quid est nisi prode lucis in oras?

Unde & Lucina nomen inesse reor.

Sed cur tadarum seriem quinarius ordo

Compescat numero dispare? nosse velim.

An veteres numeri gaudebant impari usu?

Quod foret hic Pacis symbolon atq; nota.

Ut Sponsos animis concordibus esse, monerent.

Vivendum: socium pace vigere larem.

Hic numerus partes dispepsi nescit in ambas.

Ut fluat aequalis portio cuiq; sua:

Sed medium remanet numerus communis utriq;

Iungere qui partem rursus utranq; potest.

Caelestes etiam Superi numero impare gaudent:

Grata quibus magis est pax, & amica quies.

Gratior est di vis, quos Styx Acheronq; salutat,

Par numerus: sed & his iurgia grata magis.

In partes numerus geminas par dissilit aquas:

Nec reliquum est, partes quo coisse queant.

Ergo ex imparibus numeris veneranda vetustas

Pentada in his voluit ritibus esse sacram.

Primus enim est numerus, constans pare & impare primo:

Non numerus, numeri est, fons & origo μὲνός.

Quinq; vocata novis Sponsis sunt Numina: adulti

Juppiter & Juno, Svada, Diana, Venus.

Hac sunt commenti veteres de Pentade: qua si

Non faciunt satis, his subijce vera magis.

Pro quinq; his faculis, lectissima pectora, vobis

Quinq; alijs facibus nostra Camena prait.

E

Vna

Una sit ardoris: vestros succendat amores
 Mutuus, & foveat perpes in igne calor.
 Altera sit fortis: semper sit rarior igni
 Fumus, & in ventos nubila fortis eant.
 Tertia sit fœti thalami. Pax una propago est
 Alterius: duret vestra propage domus.
 Quarta flagret vita diuturna: longa ministret
 Humor alens calidum vestre alimenta facit.
 Quinta sed has faculas regat omnes una, Lucerna:
 Prævia qua regit ad Cœlica templa viam.
 Hac sacra sit vestris Hymenæis Pentas. Erinnys
 Abstineat vestro limine, id opto, facem.

M. Eliâ Cûchlero P. C.

Cum primum lallare tua te matris in ulnis
 Vidimus, ingeny puerili in corpore vires
 Mirati, haud vulgare tibi prædiximus omen.
 DORN A V I, patria decus immortale, tuisq;
 Vis etenim generosa animi, licet abdita, lusu
 Sæpè tamen blando primis sese exeret annis.
 Sed quia natura scintillas, impiger arte
 Musarum, variâ doctrinâ accendis & usu,
 Doctorum volitas memoranda per ora virorum:
 Quod nostra paucis hodiè est commune iuventæ,
 Delitijs, quam virtuti, qua vivere mavult.
 Nunc quando cœlum mutans, indagine solers
 Diversorum hominum, moresq; iueris & urbes,
 O salve tandem, salve expectatus Ulysses.
 Fallor? an aurate virtutis vellere dives
 Venisti? non quale olim portavit Iason
 Colchidis ex horto furtivâ fraude Medea.
 Quicquid habes, virtute datum est. hac itur ad astra.
 Nobis queis patria fumus tam dulcis, ut umbram
 Natalem externo nunquam cum sole putemus
 Mutandam, idcirco non tam licet esse beatis.
 Salve, ô Dornavi, salve expectatus Ulysses.
 Te jam Penelope tua, præstolata maritum,
 Te tandem, tandem sperat, spiratq; maritum.

I ruc

I ruc in amplexus, & amico brachia collo
 Inscere: post tantos sic sic requiesce labores.
 Vidi equidem in tabulâ sponsa depicta labella,
 Nil nisi mellis suas Charites spirantia: vidi
 Purpureas malas, oculosq; colore Diana
 Persimiles, capitisq; decus, & frontis honorem,
 Omnia signa pia & pacata nuntia mentis.
 O mihi si liceat, præsentem cernere mores,
 Atq; anima dulces tam casta haurire loquelas,
 Cœli me digito reputarem tangere partem.
 Sed quia non nostris datur ulli vivere votis,
 Atq; meum me pressat onus, me Sparta fatigat,
 Felices alio jungemus sidere dextras.
 Nunc tibi propitium devotâ mente Iehovam
 Apprecor, atq; novo thalamo mitissima fata.
 Non queo plura: mihi quatiunt suspiria pectus
 Latitia ab nimia! & sistunt in gutture vocem.
 Quid loquar? in cœli sunt vestra volumine scripta
 Nomina: Quid feriant adversa spicula Sortis?

Observantur ergo Nepoti suo patruus fausti ominis plenus

Iacobus Dornavius F.

Nescio, quid vobis balbus, quid honoribus excors,
 Quid thalamo dignum, Sponse diserte, canam.
 Esse gravem Socerum sine tetricitate? quibusve
 Polleat, interiùs exteriùsq; bonis?
 Nuptam moratam, bellam, constantis amoris?
 Ex heroinis par sit an ulla fide?
 Ingenium, linguas, artes, usumq; medendi,
 Et regna Europa tot peragrata tibi?
 Astra quot in cœlo sint, edam promitiùs, & quod
 Cuiq; iubar: quam quot vos bona, quanta iugent.
 Est noctu quod Luna, die quod Sol: id u inter,
 Sponsa, Tui similis, Sponse, Tui similes.
 Nobilis hac causa est, hac continuatio amoris:
 I o v A fac, ad tumultum perpetuetur amor:
 I o v A fac, ut generent similes aliquando Parentum:
 Qui decem acceptum multiplicare queant.

M. Ioannes Falkenhain Gorl.

E 2

Feli-

Felices anima, Iovæ quæis gratia formæ,
Pectora, & ingeny lumina clara vigent.
Hac series rerum primas cognoscere causas
Edocet, hæc mediâ ducit ad astra viâ.
O fortunatos nimium quæis talia cura,
Nec mentis ductu deteriore ruunt.
Irrita Priamides Veneris cum quæreret arte
Munera, luxuria digna trophæa capit.
Ingenio ductus Sponsus meliore, seheva
Munera juncta capit, commodiora sapia.
Nunc cui de meliore luto præcordia Pallas
Finxit, huic cornu divite surgit honos.
Surgit honos Veneris Sponsus gratissimus ergo,
Eius ubi in thalamum virgo petita venit.
Munera fortuna, cui vincula jugalia cura,
Ipse suâ firmet prosperitate Deus.
Et sic sic faveat ceptis nova Gratia tadis,
Iunctaq; Glichiadum Gloria semper eat.

Iohan. Georg. Glich à Milziz.

Quam bene! Vir medicus multis præstantior unus
Est alijs, Dornavi. Te Basilea coronâ
Doctura Medica meritâ decoravit; adeptam
Gallia mirata est, mirata est Anglia, totam
Belgium eam vidit, vidit Germania, & ora
Cechiadum: toto Medicus quin diceris orbe.
Ergo etiam præstas alijs? qui dñi? quoq; amorî
Fecundo præstas alijs. Nam qua fuit antè
Sapè ambita Proctis tibi nunc offertur Elisa
Sponsa, cui Pietas est Dos, Probitasq; monile
Est morum, armilla vita cui fama decentis,
Virgineusq; pudor gemma, quam Iovæ petitam
Dat tibi, Dornavi: quâ Patri Consuli haberis
Dignus: quâ vi vas precor annos Nestoris: esto
Vir medicus multis alijs præstantior unus.

Abrahamus Gunzelius.

Næ per vitam vix, DORN AVI, tuam
auspicacione
cessit peregrinatio, (ni fallor)

Auspicio

Auspicio mage, quàm hæc: dum mœnia
GORLICI notasti.
Incunda, pol dicam, impetus laborum
Præmia dispensans, sic certè viget
Erudita virtus,
Nec otioso delitescit antro.
Nec sopita jacet, certè viget
(invidente vulge
multum licet) servans suos alumnos.
Felix est animi, cui diva fa-
ventia potestas
callum labore obduxit erudito.
Factum fors tibi? Factum sat. TVA
Publicusq; testis
Domesticusq; FAMA, MENS 2 DOCTA.
Viraq; te manat, summa gloria
Symbolumq; vita
Probè peracta, & impigra juvenia.
Nunc Veneris Templum SPONSE ingredi-
âre & inde tandem
feras Amoris myrtheum tropæum.
Ingredere & felici Iuvenem tibi
vinciet coronâ
Que Cypridis instar, ELISA, frontem
Lator ergo, vobis hoc omine
Conjugationem
factam bonam, quam Fata contulerant.
Acclamo vestris faustam nominis
auspicacionem.
FORTUNA CYMBÆ nec negabit alma
Vellera, non Pegasæ Iasonis,
sed donata vita
Spiraculo, istis præliosa.
Fœcundam sis Remisq; viriliter
conciitate cymbam:
Ne malus in cursu labascet alto
Sospitet alma simul vos FLAUSTITAS.
Qua vovisse pauca
Sat. Comprecor deos ô ratum IEOVA.
PRAGAE scrips.
Iohan. Nefenus.

CAsparis thalamos Iuuenis Virgo intrat. Elisa;
Et Virgo & Iuuenis, quam bene conveniunt!
Glichia Gorchia est, Dornavius esto Variscus;
Hac disjuncta tamen, quam bene conveniunt!
Nubit Doctori, fata Consule, Nobilis ipsa;
Nobilis & Doctor, quam bene conveniunt!
Sponsus amat. Sponsam, Sponsum sua Sponsa vicissim;
Sponsus cum Sponsa, quam bene conveniunt!
Conveniant, quae Fata volunt conjungier, atq;
Iunctim Nestoreo tempore conveniant.

David Fleischman.

Plurima doctiloquo manant qua ex ore Platonis
Flumina doctrine praebeant documenta rotunda.
Nam quod Priscorum memorat. fragmenta Sophorum
De maris unito foemella & corpore, quamvis
Expers sit veri tantummodo fabula, fucum.
Tolle Sophi, res est longe verissima rerum.
Natura imperio lata quasi lege movemur
In Venerem cuncti: hac damnum supplere creando
Nititur; atq; sui post se monumenta relinqui.
Hinc fati rabies, cum nos ratione movemur
Natura caeca: sic corpora secta Platonis
Gigneret ulterius ne favos terra Gigantes.
Ast hi quaeis cerebri cauti pollentia major;
Natura gnari, lapsus & originis Eva;
Arbitrio SUPERI quod dispensentur amores
Norunt: hoc Iove conjugii fortuna secunda est.
Obvenit his consors gemmis pretiosior Indis:
Et curare domum facile officiosa marito.
Tu mecum sentis, DORN AVI, nobilis arte
Paeonia, & Clarii non ultima gloria Phœbi:
Quem casus vel Fors stolido temeraria pulsu
Flebere non potuit recto de tramite gressus:
Nec lacere in fraudem fervens pellacia forma.
Quippe tibi ante oculos PIETAS, tutissima virtus,
Intemerata FIDES, & nobile stemma patritum:
Quaeis raris tua sponsa bonis stipata coruscet.
Et qui sit Genitoris honos; qua mascula virtus;
Qui ve rigor rectis? aliis dicenda relinquo.

Vivite

Vivite felices, par Sponsum nobile; prolem;
Gignite; consurgat. series longa nepotum.

Ioannes V Vincklerus Scholæ Zittanz Conrect.

ELISABETTA GLIECHIANA
CASPARI DORNAVIO.
Gande vita ipsa, accino hillaris; at ora bene.
Vita ipsa, salus, anima o mea blandula vita,
O Et si quid vitæ charius esse potest.
Gande, namq; tuis vota hillaris accino fatis:
Tecum fausta mihi reddita cunctis reor.
Quid superest? orandum; onerabimus aethera votis,
Votis propitius non nequit esse Deus.

Φιλαδελφίας ergò Bteslá mittit

Ioannes Gebhardt Sil.

ALIUD.

CASPARUS DORNAVIVS
ELISABETTAE GLIECHIANAE.
Ah bellæ pars vitæ, concinas risus & gaudia.

Huc ades, o bella mihi pars dulcissima vita,
Nec modo pars vita, ast altera pars anima.
Huc ades, atq; hilari mihi concine carmine risus,
Gaudia iunge jocis, & modulare sales.
Nam post Sisyphios nobis pia Fata labores,
Otia concedunt, delitioq; frui.
Huc ades ergo mihi, pars o dulcissima vita,
Risibus immiscens gaudia, praebe sales.
Est ars cordicremas curas expellere; tristis
Nam vitam ex penito Spiritum esse bibit.

Idem I. G.

Fato iunguntur, fato solvuntur amantes.
Praefinit certum tempus utrinq; DEUS.
Utq; homini plerumq; malo mala traditur uxor:
Sic casto nubit casta, pioq; pia.
Exemplo res nota tuo. quicumq; favorem
Divinum capiet, talia dona capit.
Sanguinis eximij sociatur filia tecum,
Splendida Virginei GLICHA gemma chori.
Copula Virtutum procedit in agmine pulchro:
Religio sacris additur ipsa suis.

Magna

Magna mihi proles spes est concepta futura.
Non parvi accipitrem prepes adunca Iovis.
Fortis ut ex forti, DORN A V I clare, creatur:
Sic aliquando tuus filius aptus erit.

ALIUD:

ELISABETHA tibi, IOANNIS filia GLICIA
Nupsit, DORN A V I ne male cedat amor.
Intercedit AMOR pro te, pro virgine pulchra.
Cui favet ipsius AMOR, non bene cedat amor?

Matthæus Zuberus Bavarus
P. L. Melitæus.

Hæc bella virginellula,
Hac nympha nigrocellula,
Diana GORLICENSIS est,
ELISABETHA GLYCHIA est.
Imò nec ipsa GLYCHIA est,
Doctoris est DORN A V I I,
Desponsa virginellula
ELISABETHA GLYCHIA.
Rivalis equid astimas,
Bolum tibi ore surripi,
Tam divitem, tam musteum,
Tam lacteum, tam succidum?
Viden' duos ocellulos,
Ut stellulas Olympicas,
Illuc & huc volubiles,
Licente cum modestiâ?
Hos, inquit, integellulos
Et patulos ocellulos.
Tales fuisse Cypridis,
Nos fama perdocet tradux.
Vide aureum hoc labellulum,
Venusulum labellulum,
Rubicundulum labellulum,
Mellitulum labellulum,
Et bellulum labellulum.
Genas quid & rubellulas,
Et albidas manusculas,
Et pendulos capillulos,

Et albidos pedusculos,
Dicaculo susurrulo,
Ioculario susurrulo,
Poëtico susurrulo,
Maclare coner Musicus?
Virgunculam quis uspiam,
Unquam vè vidit huic parem,
Corpusculi figurulâ!
Statura recta & aurea est;
Nec longa, nec brevis nimis.
Qualis fuisse Palladis
Antiqua fama dicitur.
Patriâ gens huic GLYCHIA est;
Et Consulatum Patriâ
Pater gerit cum gloriâ,
Dotemq; confert filie,
Sat nobilem, sat uberem.
Hoc Iuno maclata nomine,
Ridet Deas Olympicas.
Externa sunt hæc munera,
ELISABETHÆ GLYCHIAE.
Interna si quis astimet,
ut astimare nos decet,
Nymphas triumphat singulas
Et universas GORLICIA.
Ter & quater visa est mihi,
Rursum & revisa ter-quater,
Evax modestia decum!

Quam

Quam singulare, quam decens
Moresq; quam polituli
Visi mihi sunt ex tero.
Quam vinnulas loquclulas,
Quam sciculas facetias,
Quam melleas faventias,
Quam blandulas lubentias
Mireris eruditior.

Verbum tolit Dei astricum.
De mente totâ & pectore,
Parentibusq; debitam
Solvit suis modestiam.

Talis meo DORN A V I O
Iungi puella debuit.
Secreta qua non Palladis,
Medentis atq; Apollinis,
Scrutatus est in Galliâ,
In Angliâ & Brabantiâ,
In Scotiâ, & Selandiâ,
Germaniâ, atq; Flandriâ,
Hollandiâq; aquosulâ,
Doctor meus DORN A V I U S?

Qui vellicatim literas,
Qui saluatim literas,
Tangunt, modo sunt plurimi:
Et ipse ego inter hos meum
Nomen lubens subindico:
Sed qui vigore masculo,
Doctore cum DORN A V I O,
Apollinares literas
Secutus est sagacior,
Nos inter est centesimus,
Nos inter est millesimus.

Hiccor habet cum pectore,
Et quod decem Machaones
Novère, novit unicus,
Doctoreq; Doctorum potest,
De iure dici Phœbico.
Tam doctus & tam floridus,
Malim vocari publice,

Et esse in arte singulâ
Polonia quam maxima
Rex universæ sceptriger,
Hoc par an impar dixeris
Virtute, gente, moribus?
Poëta sum, nec mentior,
Par non mihi simillius,
Visum fuit ingarier.

O mileret in tuas
Laudes gradi licentiùs,
Tuaq; Sponsa, DORN A V I I
Ecquis foret licentior,
Ecquis foret libentior?
Nec & foret procacior
Nec & foret loquacior,
In nuptiali hæc scenulâ.

Votum hoc capeffe, DORN A V I,
Pro iunctione mutuâ:
ut bellula est puellula
ELISABETHA GLYCHIA,
Tales crea puellulos,
Tales crea puellulas,
Ad auctorem nominis,
DORN A V I A N I nominis,
Et GLYCH I A N I nominis,
Qui te tuamq; sponsulam,
Referant figurâ corporis,
Et ingen I atq; pectoris.
ut cernat ora Rauraca,
Basilea dico Rauraca,
DORN A V I N M medentium,
Chorum auctitare pluries.
ut dicat omnis Gallia,
Et Anglia, & Brabantia,
Et Scotia, & Selandia,
Germania, atq; Flandria,
Hollandiëq; aquosula:
DORN A V I U S viroptimus,
Medicusq; prestansissimus,
Sophusq; nobilissimus,

F

Invisit

Invisit ante pauculos
Annos meapse ingiter:
Qui nunc adest DORN AVIVS,
Novellulus DORN AVIVS.

DORN AVII patris sui,
ELISABETHÆ & GLYCHIE,
Genuinus audit Filius.

Dn. Amico tuo ut veteri, ita summo f.
in Arce Ducali Teschinenfi

Balth. Exnerus de Hirschberga ICtus
Illustrissimi Principis Frid. Gulielmi, Ducis
Silesiæ Teschinenfis, &c. Informator.

AD SPONSUM
DE CUPIDINE.

Digame, esposo noble, donde es hecha
la red de amor, qua tanta gente prende?
y como aviendo tanto que la tiende,
no esta del tiempo ya rota o deschecha?
T donde es hecho el arco, que amor flecha?
pues yerro ni valor se le defende:
y donde, o como halla, o quien le vende
de plomo, plata, y oro tanta flecha?
T si dicen que es ninno, como vienne
avencer los gigantes? y si es ciego,
como toma al tirar cierta la mira?
T si, como se escribe, siempre tiene
en una mano el arco, en otra el fuego,
como tiende la red, y como tira?

responsum exigens, & summum bonum ex animo precans F.

Flamminius Ascanius Andaluzius Hisp.

Latinè:

Dic mihi, quo filo nectit sibi, sponse, Cupido
Retia, tot gentes indupedire potis?
Dic mihi, qui per tot duravit secula cassis?
Nec detritus ei est, nec laceratus ei est.
Dic mihi, dic quâ materie sibi conficit arcum,
Sistere cui contra visq, dolusq, nequit?
Dic mihi, quis consuevit ei adportasse metallum?
Quis tela & pharetras suppeditare solet?
Dic mihi, si puer est minimissimus, unde Gigantes
Vincit, & immani corpora mole virum?
Dic mihi praxiam potis est qui tangere metam?
Quando oculo in terris prius utroq, volat.
Dic mihi si tenet una arcum manus, altera flammam,
Arte tenet quamvis retia, quare trahit?

Interpretatur D. C. D. S.

AD SPONSOS.

Artis peritum Pœonia virum,
Dextrâ & potentem (res ubi postulat.)
Felice, Graci Musa vatis
Innumeris aliis celebrat.
Prestantiorem. Non tibi pectore
Diversa sedit (ceu reor) hæcenus
Sententia, ô SPONS A: hinc ingalis
Cui libitum fuit usq, nexûs
Traxisse tempus: cuncta procantium
Et vota surdis excipere auribus.
Nunc victa demum fronte latâ
Annus, & thalami ligari
Ardes marito fœdere, Dadalâ
Dextrâ valenti urgentia proximè
Differre longum fata, & arte
Fila inhibere triumphorum.
Visus tibi unus scilicet omnibus
Et maior, & te coniuge dignior:
Quem frontis, artis quemq, docta
Præmia condecorant: honosq,
Immanè magno segregat agmine
Vulgi eruditi. Fallor; an & sibi
Illum haud minori te maritam
Iudicio rear expetisse?
Te CONSULARI de Patre, deq, Avo
Commendat ortus: virginei & chori
Altum sôdales tollit inter.
Tergemino cumulans honore.
Nec tantum in auris, colla nec aureum
Monile cingens lactea, nec micans
utrasq, circum armilla palmas,
Conciliat decus aut nitorem,
Quantum tibi addit dos preciosior
Forma decora, blandaq, gratia
Vultus sereni: & rara virtus,
Ac nivei sine labe mores.
O culta magnis pectora dotibus,
Non absq, futo & Numine provido

F 2

Vos

Vos ardor imo corde flagrans
Mutuus, in thalamum coëgit
In unum! coniuge tam proba
Tu, SPONSE, dignus: digna, coniuge
Tu, SPONSAS, claro: digni at. ambo,
Ambo simul meliore voto.
Ergo I E H O V A munere prospero
Fortuna vos latantibus ambiens
Circumdet alis: saxiorq;
Nulla torum quatit procella:
Sed pace abundet perpete: copia
Grandi bonorum largiter affluat:
Domumq; cum primis utranq;
Per seriem, bect usq; prole.

M. Iohannes Ludovicus
observantia causa scribebat.

Pramia non desunt; si quis Virtutis & Artis
totum sacris se mactavit.
Pramia non adsunt, si quis Virtutis & Artis
tractat levi sacra brachio;
Huius thyrsigeros, non Bacchos, sumitro testis:
illius unus Tu optimus.
Hactenus es pernox & perdisiure M I N E R V A
conatus in penetrabilia:
Ob quod te studium quo sit complexa favore,
Rauriaca sat loquitur Schola.
Nunc metis: accedunt V E N U S, & ditissima I U N O,
suisq; te mactant bonis.
Coniugio stabili tibi iungit Cypria Virgo
D E A M puellaris chori.
I u n o divitias tribuit: dum divite Sponsa
Sponsum facit Te divitem.
Felix, perfectusq; mihi es: perfectio donis
tribus Dearum sit irium.
Nec dubium: trinum cum sit perfectio Divis:
numerus facit veritatem.
Utere sorte tua: magnis bis utere donis:
caelestium hac sunt semina:
Queis post hanc vitam, deservit a morte, beandi
mortaliū sunt caelica.

Plura

Plura tuis animus tadis: hac tempus: eundum,
quò fata nos (ut scis) trahunt.

Observantia, amicitia & memoria ergò faciebat χεδίως
M. Georgius Manlius Gorl Φιλίατρῶ.

Fama refert, vox ipsa sonat, te dulcia lecti
Legitimi votis poscere vincula tuis,
Atq; Deum tibi laudatam tribuisse puellam,
Forma decens, ornat quam genus & pietas:
Egregium & socerum ac clarum, pia fata dedisse,
Res loquitur, claris qui favet arte viris.
Es dignus tali socero, es quoq; virgine dignus,
Hac & non alià virgine dignus eras.
Patria nempe tuas artes linguaq; suadam
Mirata, ingenium suspicit ac genium:
O quoties quoties salienti corde petivit,
In proprio civem te retinere sinu!
Verum quò te fata trahunt retrahuntq; sequaris,
Et discas animo non renuente sequi.
Ipse etiam optarem presens spectator ut essem,
Cum vos conjunget connubialis Hymen.
Sed fortuna meis votis non aqua resistit:
Sicq; voluntatem retrahit illa meam.
Absens sed numen votis caeleste precabor,
Ut fiant thalamo prospera quaq; tuo.
Annuat omnipotens ac vota salubria firmet.
Salve, & perpetuum, Doctor amande, Vale.
M. Christophorus Gaudich Salfeldensis.

Πληθὺν ἄθην τιμῆσαν ὅτ' εἰσεπορεύετο νηὸν
δορναβίῳ τὸ γέρας ληψόμενῳ ζήθειον,
τὸν χορὸν ἐκ κορυφῆς παρνησῶ εἶδεν ἀπὸ πλάτων,
τὸ ἐν ἀγακλειτῷ γορλικῷ δαπέδῳ.
αὐτίκα ταῖς μέσσησι θεῶν δείξας ἀγόρευσεν
οὐ τιμῆ ταύτῃ ἔοσεται ὅσα καλή;
Ἦν ἄρα δορναβίῳ διατηρέωμεν φιλόνητα,
οὐ θέμις ἐστὶ θεοὶ λαθροδίως ἐχέμεν.
ἀλλὰ καὶ ὁ γλύκιῳ σοφίης γλυκερόν εἶμα μὲν
κεκτηται ἡμᾶς οἶτε καὶ οἷσιν ἔλους.

F 3

Πᾶς

Πᾶς τότ' ἔδωκε κρότον Φαιδρῆσιν ὁμίλῳ ὀπωπαῖς,
Ἄιωτα δ' ἄχάων τήνδ' ἰάχησε χάρην.
Στείχε τύχη ἀγαθῇ κέρη τερωόηπε γλυκεία,
Καὶ πειλοὶ Διοδίῃ τῷ ἑσπεραρχομένῳ,
Σιώπε Φίλη Νύμφη τῆ Νυμφίῳ οἶκον ἐσέλθοις,
Ναιετάοις, μίμνοις χρυσία Εὐτυχίη.

Eadem Latine:

Templum cum peteret comitatu insignis honore,
Hinc sacra laturus munera DORN AVIUS,
Agmen spectavit Parnasi vertice Phœbus,
Nobile quem cernit surgere Gorlicium.
Mox invitatis hac ad spectacula Camœnis,
Hicciné, ait, frustra voce carebit honor?
Quem nos DORN AVIO rectè servamus amorem,
Nec vestrum Musa, nec tacuisse meum.
Ipse immò GLYCIS, Sophia cui nectar in ore,
Nos ex asse sibi vindicat atq; suis.
Tunc plausum letâ simul omnes fronte dederunt,
Talibus & votis personuere iuga:
I pede felici dulci exoptate puella,
Et benè fortunent DI redeuntis iter.
Cumq; novâ nuptâ sponsi ingrediare penates,
Sis, habites, maneat aurea Diva Salus.
David Sulcius Scholæ Zittanæ Collega.

I modo, & ingenii geniūq; fruisere donis,
Dornavi; adplaudit sic tibi nostra Charis.
I modo, & astrivola virtutis in ade triumphâ,
Dornavi; adplaudit sic tibi nostra Charis.
I modo & aureole Iunoni basia liba,
Dornavi; adplaudit sic tibi nostra Charis.
Ingenium, Genius, Virtus tua, pronuba Iuno,
Sunt digna ut thalami prospera puncta ferant.
Prospera puncta ferat, tua per vestigia quisquis,
Ad sacra Virtutis mœnia carpit iter.
Euclio, quid jactas malè parte pondera lamna?
Nestin' aselle? Mida surrigis auriculas!
Virtus & Pietas, Mens recti conscia, frangi
Hæ sunt divitiæ delitiâq; viri.

Christian. Theophili.

Dox.

DORN AVIUS graviter lepidam agrotare puellam
Vidit, & auxilium poscere cum gemitu.
Mox memor officij, dextram, miseratus amoris
(hac morbi causa est) applicuisse parat.
Scrutatur fontem, deprêndit, porrigit ægra
Herbam vivificam, virtus amore pari,
Mutuum amorem; omnem morbum depellit, ob idq;
Præmia sollertis praxeos ampla capit.
Vulnus enim metuens, ne recrudescat amoris,
Sana virum hunc Medicum semper habere cupit.
Consentit genitor, Medico committit amatam
Filiolam: Hic cupidâ mente manuq; capit.
Paoniâ SPONSUS celeberrimus arte, petitum
Incidit in thalamum, SPONSULA bella, tuum.
O faustos Medici conatus! SPONSE beatus
Coniugio hoc cunctis diceris, & merito.
O faustos cura successus! SPONSA beata
Coniugio hoc cunctis diceris, & merito.
Non animi dotes vobis, non bella figura
Desit, fors vobis plurimum amica favet.
O sic faveat posthac Fortuna, maritos
Incolumesq; diu, servet amica novos!
Annos ætati florentes addat, ut horum
Optatâ vigeat prole beata domus.

giatulabundus adjiciebat
Franciscus Weyer Gorl. L.

CASPAR DORN AVIOS MEDICINÆ DOCTOR.

ἀνάγραμμα:

Ospera in Domino, is ducet corda cara.
En! confisa Deo spes non confisa labascit,
Lubrica spes nihili & res odiosa Deo est.
In Domino ô spera, is ducet cara, & proba corda
Sponse. An quasito jam potière bono?
Alma Trias, quod enim cuiquam prædestinat, illud
Bellona, aut rabies non rapit Invidia.
Ergo age, jam Sponse, Sponse ô oculissime tandem,
Tandem miscabis mutua labra labris.
Hic absens precibus vos concomitabor ad aram:
Astripotens ut det mitia fata tori.

Boni omninis e: gò Myrtilleto mittebam

Nicolaus Theophili.

GRator ió, DORN A VI! an latos sumere vultus
Te moneam? Sponsam respice, latus eris.
Quem formosa virago, virago modesta, pudica
Non movet, est truncus, bestia, nullus homo.

Julius Cæs. Olgatus Venetus.

Quamvis in multis, DORN A VI, noscere libris,
Atq; Excellentis puncta merere viri;
Forst an & nostram non aspernabere Musam:
Nec duces lectis versibus ora meis.
Carmen id est nibili, vestrisq; paratibus impar,
Carmen cum venia tu tamen omne legis.
Sed rogitas, vestros quid dicam forte paratus?
Anné aliquas animi rursus & Artis opes?
Anné aliquid simile, an verò quid grandius illo,
Contigit ex merito qui tibi nuper Honor?
Numquid adhuc maior maneat te scena? tuasq;
Quod possit Medicas condecorare manus?
Anné parum sit adhuc, male sano in corpore vires,
Ægraq; Pœoniâ reddere membra manu?
Anné parum excultis notum fieri, & Magnis DIIs?
Principibus? Ducibus? Magnanimisq; viris?
Hoc equidem satis est: ultraq; quod optet in illo
Mens celeris vita carcere, plena Deo.
Sed tamen est, quo nil propius, nil dulcius esse
Dicitur: hoc etiam peius adesse nihil;
Res propè divina est: homini gratissima, mentis
Vipotè composita ianua, Coniugium.
Ipsam illud mihi Fato tibi contigit, ultra
Cælos maiori ne tenere sit.
Nimirum sanctis pulcerrima dotibus Vxor:
Moribus, ornatu, re, pietate, fide.
Nobilis & virtute, & dotibus auctior illis,
Quam ducis, coniux Elisabetha nitet.
Non te felicem facilemq; Machaona dicam,
Cuius & in Morbos est manus apta suos?
Sic tua proficiant agris medicamina, Caspar,
Sic ope non egeas ipse, iuvesq; alios.
Sic te Nupta virum bonitate imitetur & aquet,
Sic adsit vestro nulla querela toro.

Ioannes Iaromerzsky Czaslav.
VIR

VIR magne DORN A VI, regenda regulas
Qui sanitatis perspicaci indagine
Proponis, Hostis imbecillitatibus
SAPIENTIAE dux, Præco TEMPERANTIAE!
Speremne de Te creduamvè, fortium,
VIRO VIRUM, quod concitatus bellula
Amore ELISSÆ ceu pusillus vinceris?
Tantumne dotes & scientia proficit?
Invicta jamne debili, peritita
Morbo medendi victa conculcabitur?
AMORE SOLO? tu Galene, Hippocrates,
Et Esculapii quot estis, parcite:
Ipsissimam si veritatem dixero:
Mortalium omnes agritudines, nosos
MEDICINA sanat, unicum incurabilem,
AMORIS esse nemo diffitebitur.

Ergo jaces invictè victus DORN A VI
AMORE? Quid negites? fatere quod BONI
Fortesq; Teste CONSCIENTIA probant:
Sed illud est quod temet esse vindicem,
Testatur: affectus licet superaverit
Natura, amissim strage nullâ fervidus
RATIONIS AMOR evincet: illa pectori
Insculpta, VICTRIX & triumphans est tuo.
Tibi gratulor tam fausta fata, nobili
ENCOMIO, VIRTUTE, famâ cognito:
Oroq; Cælis presidentem EPID AURIUM,
Ut te medente tristibus languoribus,
MEDIO tibi tuisq; presentissimo
Velit esse, Fautor Sortis & Propaginis,
SALUTIS autor intus, extus, & PATER
Benignus: Estne quod Tibi melius precer?

Iacobus Iunior Krupsky Teutoprodeng.
Rector Licei Czaslaviensium.

PVisque de vostre naissance,
Ceste corne d'abondance
Vous a prédestiné ce beau cœur,
Et donné par fatal chemin,
De vertus la delicate fleur:
Revenisez vous a la fin.

Reio.

Reiouissez vous Car le mieux,

Et qui nous fait égaux aux Dieux,

Est d'estre content en son ame,

Du monde rien ne désirer.

Car le desir est une flamme,

Qui ne nous fait que martirer.

Claudius Varatonus Lugdunens. Franc.

Quam benè nunc casta te virginis inseris ulnis.

Basiq; humidulis das repetita labris.

Parerat, ut tantos vario sub climate motus

Exciperet, latâ sorte, beata quies.

Gratulor hanc sortem; requiem tibi gratulor istam.

De prorâ jacta est anchora, parta Salus.

Sylvester Liebe. LL. Stud.

Quid mirum? in dulci tecum requiescere lecto

Sponsam, & blandiloquis te recreare somnis.

Labra cui pietas, oculosq; modesta finxit.

Frontem pulchra Venus, cor memoranda fides.

Quid mirum? nihil est in te vulgare, potes sine

Araro & claro quod petiisse tira.

Grator io! tam sancta ligat, quod copula & sponsos.

Et virtute pares & pietate pares.

Quam benè virtutis nexu junguntur amantes!

Fœmina sed prava est vicia Gehenna viro.

Ioh. Huberus à Rysenpach, D. Adami & c. F.

Ο λβιον, ω νυμφαιε, σταντον Γωρλικιηων.

Μησαι αειδωσιν τω δια καλη εως,

της γαμετης γε τυχοντα ποσυτης: η μαλα εσθλη

και χρηστη, παυλη και χαριεσα θεε.

Δωρον αν ερανισ και κωπον: τω το φιλειν χρη:

και εργειν, αιεν και περιβαλλεμεναι.

Μελη γδ δναμ γλυκυ παντοιον τε το ηδω,

τω πληρωω πολλων των τεκνων θαλαμον,

τερψοντων φιλον ητορ σαυτη χαρμιασι πολλοις

ευτυχεως τοι μη πολλη εν ησυχια.

τω το σωευχομ εγω, και ανθρωπων εσθλοι απαντες:

ευχαις γδ γ αγαθων πολλων κλυσι θεος.

ΕΤΒ-

ΕΤΕΟΣΤΙΧΟΝ:

LVX postquam iam septena effulserat, ecce,

Comulgati sunt in Cula, sponse, sibi.

Debita observantia ergo scripta à

Martino Mollero Martini. H. S.

Splendida non maneat doctas sua premia Musas?

Prodi, DORNARDI, virtutis cultor & Artis!

Ecquis enim Vatum numerabit carmine digno

Fortunae insultu varios & mille labores,

Quos tu Palladiâ superasti Gorgono & acris

Agide virtutis, vegeta sub flore iuventae?

O quoties udo vidisti luminocassam,

Remigio proram, Boreis cum saucius esset

Malus, & antennae gemerent, agraq; carinae

Vix pelagi imperium possent, tolerare furentis!

Lintea cum lacera nequicquam pendula navi

Suppeterent, tabulaq; natarent aquore vastas

Nec qui ferret opem, tunc obvium iret in undis?

Nunc tandem incolumem mater Rhamnusia porta

Te sistit, gratumq; iubet comprehendere littus.

Solve Deo vota o tantis erepte periculis,

Magne vir: atq; offer thuris benevolentis acerram.

Nimirum totum tibi iam nunc ridet Olympus:

Et Venus & Charites plaudunt. Iam ducitur uxor

Insignis pietate tibi, formaq; puellâ:

Et nigris oculis, & pulcro crine decora:

Cui dos est Virtus, Virtutiq; addita merces

Gloria, divitiæ: cui morum grata Venusque:

Cui stirps Semideum: cui fors Iunonia ridet:

Hac Pietatis amans, operisq; asvesta diurnis

Nocturnisq; facit, quod rerum postulat usus.

Fortunate vident, quâ iam potare Maritâ?

O tibi cordis fragos quoties hac, Sponse, dolores


Leniet; ut possis transmittere molliter annos!

Accipe demissam tibi coelitus, accipe Elisam:

Quamvis invidiâ rumpantur pectora Lippo:

Sponsa tua est; maneat, sed murecida Mopsula Lippo.

Abrah. Zentfren.




SPONSUS AD SPONSAM.

Sponsa veni, mea Sponsa veni; nos mutuus ardor
Copulet atherco Numine; Sponsa veni.

Sponsa veni; unitum cum Christo Ecclesia corpus
Efficit aeterno fœdere; Sponsa veni.

Sponsa veni; atq; Ecclesiolæ sub imagine parvæ
Uno vivamus pectore; Sponsa veni.



Coniugio

199a.
38.

MAGISTRI
FRIDERICI PAPÆ, IN

SCHOLA GORLICENSI DO-
CENTIVM COLLEGE,AE,

Sponso:

ET

HONESTISSIMAE MA-
TRONAE, ELISABETHAE PFLVGE-
RIANAE, Amplissimi viri, Domini VA-
LENTINI RITTERI Consulis Gor-
licensis relictæ viduæ,

Sponse

AMICI GRATVLANTVR.



GORLICII

Excudebat Ambrosius Fritsch,

Anno

M. D. X C.



444116

99